Diarium

Francisci Bučys, M.I.C.

inceptum
Romae
1928.
ibique terminatum
die 4 iulii 1943 an.

Adnotatio

Liber iste, sicut et „Kasdieninės vienerių metų mintys nuo 1942 kovo 23 iki 1943 kovo 22," non destinatur ad publicum usum ac proinde me vivente omnino non potest typis vulgari; me vero mortuo non praevidetur ulla necessitas oritura ad id edendum. Si autem, praeter expectationem talis necessitas oriretur, de eius sufficientia iudicare deberent tum Summus Moderator Congregationis CC RR Marianorum, tum Sacra Congregatio de Religiosis aut aliud summum dicasterium Sedis Apostolicae. Quod dico de hoc „Diario," idem applicari volo etiam elucubrationi „Kasdieninės v. m. mintys."

+ Petrus Franciscus Būčys, M.I.C.

Romae die 5 iulii 1943a.

1928an. Maii mensis, 23dies.

Hora circiter 8½ mane adveni Romam, ac statim Missam celebravi in capella domus CC. R.R. Marianorum via dei Poemni # 38 prope viam Marsala in XXXVIII districtu Urbis. Mecum attuli et R.P. Procuratori Generali tradidi 472 dollars Americanos, 150 liras italicas, 8 litai lituanicas et 3 Markas germanicas. Habui quinque intentiones missarum, quarum stipendia erant inclusa in praecedenter mentionata pecunia.

Statim primis diebus post adventum meum pro me empta sunt 1 vestis talaris, 4 calceamenta (paria) et biretum, 1 vitta cubarum 15 lirarum. Me iubente Marianopolim expedita sunt insignia 1 Scholastici 3 Classis, quorum pretium est 220 lirarum, quae expensis gymnasii Marianopolitanum

adnumerantur oportet.

Diebus 24 et 25 Maii salutavi D.num Georgium Šaulys et Dnum V. Čarneckis ministrum Lituaniae. Die 25 adii Mgr Ricardo Bartoloni, archiepiscopum electum et designatum internuntium Lituaniae.

Eodem die locutus sum cum Emin. Camillo Card. Laurenti de iure exemptionis, quod Marianis concessum est a Pio VI 1787, nunc autem in dubium vocatur, et asserui id nobis necessarium esse ad conservandam unitatem Marianorum, qui ex variis eisque oppositis gentibus adunati sunt. Suadente Cardinale eidem porrexi eiusdem tenoris scriptum die 29 Maii.

Die 27 Maii in ecclesia s. Laurentii in Lucina Mgr R. Bartoloni consecrationem episcopalem accepit ex manibus Emi Dni Rmi Card. Gasparri, assistentibus archiepiscopo Marchetti Selvaggiani, secretario Propagandae Fidei, et archiep. Palica vicesgerente Vicarii Urbis. Hora 8 eiusdem diei ego participavi in coena, quam fecit novo internuntio Dr Georgius Šaulys.

Die 27 Maii adii Em. D. Pamfili, Vicarium Urbis, eiusque secretarium. Item in Congregatione de Religiosis tractavi causam Benedictinorum Casinensium, de qua re eodem die scripsi epistulam archiepiscopo Kaunensi. Eadem die ex eodem archiepiscopo Kaunensi accepi litteras, quibus R.P. Casimirus Reklaitis rogabatur, ut esset professor facultatis theologicae Kaunae et moderator spiritus alumnorum seminarii Metropolitani. Cum statim eadem

ti Domo gloriosi Lituani et colo-
niae Lituanorum Romanae inter
maxima sunt ornamenta. Et
prandio participarunt Dni [illegible],
[illegible], omnes [illegible] [illegible],
moderator [illegible], Familiae
[illegible] ac Monasterio, quae
iam [illegible] [illegible], nec Excel-
lentissimi [illegible]; R.P. Reklaitis
et ego. Prandium fuit optime
ordinatum in eadem [illegible] ac
pro cura Dnae [illegible] Domi-
nae praesidente.

Post meridiem visitavit me
Rmus P. Jakstas, superior gene-
ralis Resurrectionistarum.

<u>Mensis Ianuarius 1928 an.</u>

Die 1 mensis adii domum genera-
litiam Franciscanorum Missiona-
riorum Mariae in [illegible] Romae
ibique interrogavi superiorissam
generalem de sorte sororis Con-
[illegible] Kačaranskaitė, quae an. 1921
fuit novitia supradictae Congregatio-
nis in Institut St. Joseph près St
Brieuc in Gallia. Contra dicta supe-
riorissa generalis attulit mihi no-
men [illegible], quae voluit [illegible]
des [illegible] Chinensis fuisse missiona-
riam in [illegible] ibique
propter alteras conditiones ulti-
morum temporum in gravem
incidisse morbum; insuper puella
mente capta est et [illegible]
[illegible] laborat. Ego [illegible] [illegible]
[illegible] morbum esse insanabilem.

Eadem die adii aedes Religiosarum
polonarum S. Familiae de Nazareth,
in quarum domo habitat Eminentissimus
Alexander Cardinalis Kakowski et epis-
copum Przezdziecki interrogavi [illegible]
quomodo [illegible] [illegible] [illegible]

Per R. P. Semeradium quas dracenit ad finem posse hora 3 post meridiem. Itaque hora 3 veni, sed jam aderant expectantium esse magna hominum quantum. Ego vidi ostiarium meum absolutam, ad Tendorich episcopo Pézoražnicki.

Eadem die adii Museum Missionum Christianarum in palatio Lateranensi. Prof. Andaito publice immo fecerat [illegible] de meritis scientificis Directoris moderni Musei Gulielmi Amici Schmidt SVD et eo reparavit, et ultimum [illegible] tandem recommendavit novum Directorem. Hunc ego personaliter non vidi, sed adii solum Tomassini per cancellariam Musei.

In Mediolano accepi epistolam Mgr Soldini in qua communicabatur me admitti ad Congressum Eucharisticum Australiae peregrinationem itinerum sed opportere ultimum tamen

mittere 50 libras sterlingorum, quod maximo tempore faciam, cum pecunia mea est mihi in America.

Junii die 8. Per totum hebdomadam nihil scripsi in hoc diario, mira enim diebus parum quid feci. Expeditionem negotia curavi et praecipue scripsi alteram epistolam ad Mgr Soldini remittens ei 50 libras anglicas pro itinere in Australiam. Ipse per sollicitudinem mihi respondit et chartam participationis mihi misit, „visa" tamen americanum et britannicum per meipsum ipsum procurari necesse est. – Prima Dominica Junii (die 2) feci [illegible] speciatim spiritualia exercitia et ego comparationem praedicavi de cultu SS Trinitatis cum eam eiusdem devotione Cordis coniungendo. – Postera die (3.VI) [illegible]

[illegible] Dñi Patrum de vestigii [illegible] sollicitu[illegible] institutis [illegible] Hos successit in tantum, ut iam anno 19[illegible] [illegible] ad [illegible] Chiesa [illegible] -bus Romam. Die autem 7 [illegible] festum Corporis Christi et ego cum 4 sociis participavi in processione VIII Congressus Eucharistici Dioecesani Romani.

Hodie autem die [illegible] 8 [illegible] 8 mensis [illegible] Rev-mum Patrem Generalem Ordinis Praedicatorum et locutus sum cum eo de beneficio Zemaičių Kalvarija. Imprimis exposui historiam [illegible] Reverendissimo Bonaventurae Paredes, Magistro Generali, quae historia respiciebat: a) suppressionem Ordinis O.P. in Russia et b) acceptationem beneficii Zem. Kalvarija a Marianis. Reverendissimus Pater dubium exposuit pertinentiae huc beneficii-

-um ad provinciam O.P. lithuanam, an polonam. In primo casu de eius sorte decernit Magister Generalis, quia provinciam lithuanam existere desiit, in secundo casu statuit provincia polona.

Deinde ego descripsi statum beneficii, de quo agebatur, ecclesiam nempe esse in conditione omnino bona, antiquum monasterium, aedificium scilicet, a latere ecclesiae [illegible] multo tempore incultum, sed [illegible] directum, 5 aedificia [illegible] esse in statu, ut [illegible] possimus, hic autem esse talia, ut [illegible] sumptibus restaurari debeant.

Expendimus tres possibilitates: a) aut Mariani statim debent beneficium hoc reddere proprietario, b) aut consentiunt facere temporaneam, aut c) assignare be-

neficii Dominicam definitivam in proprietatem Marianorum. Rev.mus Magister Generalis Ordinis Praedicatorum statim eliminavit primam solutionem dicendo, ut Mariani retineant beneficium Kalvariense. Ipse non potuit statim consentire tertiae solutioni, sed remisit tractationem rei ad mensem novembrem anni currentis.

Mansit igitur saltem ad mensem novembrem necessitas faciendi conventionem temporaneam, quam tamen Rev.mus P. Bonaventura Paredes censuit non debere fieri in scriptis. Conventum est inter eum et me de sequentibus capitibus: 1° Marianus, qui beneficium hoc administrat, aget ita, ut id ad debitum ordinem redi-

gatur. 2° Ipse faciet elenchum proventuum et expensarum in scriptis. 3° Expensa 1500 librarum quotannis ceteraque gravamina a Curia Episcopali parochiis imposita censebuntur esse legitima. 4° Si Ordo Praedicatorum vellet resumere beneficium, ipse solveret expensas, quae fient ad redintegrandum et [illegible] totum beneficium in quantum hae expensae non solventur proventibus ipsius beneficii. 5° Tum parochus, tum alii Mariani, qui in eo beneficio operam navantes sunt, ius habent ad honestam culturam intellectualem, loco et tempore convenientem retribuendam. R

Praeterea Rev.mus Magister Generalis protulit suam opinionem Patrum Praedicatorum ante quinque

nepe domum eam definitivam in proprietatem Marianorum. Revmus Magister Generalis Ordinis Praedicatorum statim eliminavit primam solutionem dicendo, ut Mariani retineant beneficium Kalvariense. Ipse non potuit statim consentire tertiae solutioni, sed remisit tractationem rei ad mensem novembrem anni currentis.

Mansit igitur saltem ad mensem novembrem necessitas faciendi conventionem temporaneam, quam tamen Rev-mus P. Bonaventura Paredes censuit non debere fieri in scriptis. Conventum est inter eum et me de sequentibus capitibus: 1° Marianus, qui beneficium hoc administrat, aget ita, ut id ad debitum ordinem redig

gatum 2° ...
tum et ...
3° Expensa
ceteraque
capel. ...
tur esse ...
dicatorum
ficium, ...
quae ...
...
quantum
vantur ...
ficii 5° ...
Mariani,
nam ...
bent ad
lectuali,
tem retr...
Praeter...
Generalis ...
Patrem Pre...

gestum 2° Ipse fecit dividendum proventuum et expensarum in scriptis. 3° Expensa 1500 librarum gratamenis ceteraque gravamina a Curia Episcopali parochiis imposita censebuntur esse legitima. 4° Si Ordo Praedicatorum vellet reassumere beneficium, ipse solveret expensas, quae fient ad redintegrandum [illegible] antiquum beneficium in quantum hae expensae non solvuntur proventibus ipsius beneficii. 5° Tum parochus, tum alii ministri, qui in eo beneficio operam navaverint, sunt, ius habent ad honestam culturae intellectuali, loco et tempori convenientem retributionem. R

Praeterea Rev.mus Magister Generalis protulit suam opinionem Patrum Praedicatorum ante quinque

annos abhinc non nossumptúros (?) Kalvariam. Ego tamen censui nostram Congregationem non solere obligari ad tenendum istud beneficium etiam per quinque annos. Hanc quidem phrasim non protuli, sed in tota conversatione evitavi terminum ad quod obligamur manere in Žemaičių Kalvarija.

Rev.mo Patri Generali reliqui chartulam, in qua scripta sunt nomina beneficiorum O.P. in Lithuania. Chartula continebat quidem sexe beneficia, sed non omnia, nempe: 1° Vilniaus g. #2 Kaunas, 2° SS. Trinitatis ecclesia Kaunae, 3° Virbalis, 4° Liškiava, 5° Raseiniai, 6° Žemaičių Kalvarija. Omissa sunt: Paparčiai et Angitadvaris (?) Naacarii (?) Kaišiadorensis.

Notanda fortasse est circum-

stantia, quae accidit nocte diei 7 Junii (subsequente festum Corporis Christi). Hora 22 huius diei, postquam exstincta sunt lumina in domo nostra, et ego iacerem in lectulo meo, notavi imaginem defuncti Georgii Matulevičius in pariete opposita suspensam lumine quodam, quasi fosforizante, lucere in tenebris. Paries non poterat videri, oculus non percipiebat quadra, in quibus effigies inclusa est, sed clare percipiebantur albi margines picturae, lucescens cingulum archiep. et facies, cuius tamen minutae lineae non apparebant. In cubiculo sola est fenestra et haec fuit clausa ligneis horizontalibus laminis (abajour). Post mediam noctem haec luminositas imaginis non erat amplius, sicut non videbatur in noctibus praecedentibus.

Junii dies 9. Nocte praeterita luminositas imaginis defuncti aeppi Matulevičius non apparuit caeteris conditionibus manentibus immutatis.

Eodem die adii Rev.mum Vicarium Generalem Scholarum Piarum et collocutus sum cum eo de beneficiis, quae huic congregationi pertinebant in urbibus Panevėžys et Ukmergė. Eidem exposui statum

praesentem utriusque beneficii. In substantia ipse respondit congregationem Scholarum Piarum nunc in Lituania non posse reassumere sua beneficia ac proinde non obstare, quominus ea a Congregatione CC RR Marianorum possideantur. Si autem requiritur, ut translatio iuris proprietatis scripto fiat, oportet adire S. Congregationem de Religiosis aut Secretariam Status, ut inde scriptum de transferendo titulo proprietatis ad Consilium Scholarum Piarum Generale veniat: huiusmodi scriptis generatim non resistitur.

Dies 10 iunii. Praeterita nocte effigies Georgii Matulewicz etiam lucebat in tenebris. Phaenomenon istud incepit duabus aut tribus minutis elapsis post finem horae 22, seu decimae vespere. Luminositas tamen imaginis eius hac vice duravit nonnisi circiter 40 minutas, nam 17 minutis ante finem horae undecimae, seu 23-ae, desiit. Praeterea intensitas luminis fuit notabiliter minor, nam videbantur solummodo margines albi imaginis et cingulum, facies autem non videbatur omnino. Prima vice cum observarem istam imaginem lucentem, potius amoenam habui sensationem, secunda hac vice sentiebam aliquam inquietudinem, quae non fuit timor, sed aliquid commune cum eo habuit. Scio periculosum esse deducere quascumque conclusiones ex iis quae usquemodo vidi.

Die 27 iulii una cum peregrinis italianis, quos ducebat canonicus Mediolanensis Francesco Soldini receptus fui in audientia apud

S. Patrem Pium XI. Eadem die profectus sum Neapolim una cum sacerdote L. Lewandowicz, qui mihi multum profuit ad expediendas graves difficultates formales, ortas ex erroribus commissis a Quaestura peregrinorum italicorum. Dies 28 tota absumta est in superandis istis difficultatibus. Die vero 29 illius, quae fuit Dominica hora 1 post meridiem ascendi navem anglorum „Orama" dictam, quae pertinet societati „Oriental ~~Navi~~- Steam Navigation Company" et profectus sum Sydney'um in Australia ad XXIX Congressum Eucharisticum. Singula huius itineris descripsi in Ephemeride „Draugas", quae Chicagiae in America prodit. Ex Sydney in Americam profectus sum cum navi „Ventura", quae

S. Franciscum in California appulit die 4 Octobris. Inde profectus sum Chicagiam ubi mansi 8-17 octobris, die vero 20 eiusdem mensis vix inchoato brevi post mediam noctem cum navi „Augustus", quae pertinet ad societatem „Navigazione Generale Italiana", profectus sum Neapolim ibique appuli 29 octobris post meridiem. Die sequente visitavi quae effossa sunt de antiqua Pompea et craterem Vesuvii. Hora vero octava et 55 minutis profectus sum Romam et in Urbem redii 15 minutis ante mediam noctem die 30 Octobris. Summas gratias ago Deo Omnipotenti pro itinere feliciter absoluto.

Die 31 Octobris vix quidquam boni feci, nec omnes litteras scripsi, quas scribi oportuit.

Die 1 Novembris quinque litteras scripsi, cum sacerdotibus et clericis collocutus sum et, praeter officia pietatis quotidiana nihil amplius egi.

Die 2 Novembris visitavi episcopum Pinscensem Sigismundum Łoziński; qui nostram domum visitaverat ~~[illegible]~~ reditum. Ipse dixit mihi apud socios Congregationis Resurrectionis Christi esse satis acceptam voluntatem seu desiderium uniendi hanc Congregationem cum nostra. Alius vero episcopus polonus jam ante aliquot dies dixisse in consideratione posse poni propositum tradendi nobis Collegium Polonicum Romae, quod a Resurrectionistis administratur et regitur. Nondum ca-

pio quid nobis allaturi sint sermones isti.

Die 3 Novembris incoepi scribere secundum volumen libri „Katalikų Tikyba", quod spero imprimi posse ante m. Decembrem 1929 an. et offerri Sanctissimo Patri Pio XI tamquam homagium occasione iubilaei sacerdotalis.

Eodem die visitavit me sac. Okolo-Kułak, archiepiscopi Mohyloviensis bar. Ed. Ropp secretarius. Ex colloquio cum eo potui, deesse spem conservari clerum catholicum in Russia plusquam unius generationis tempore. Postea deficiente clero deficere debet et religio. Eodem die responsum scripsi N.V. Kordasiewski, qui vult sacerdos fieri ritus orientis.

bis.- Cautum me esse oportet, nam tristia audio de condicione in qua positus est socius noster Fabianus Abrantowicz, qui curam animarum russorum catholicorum gerere incepit.

Die 4 Novembris recollectionem menstruam peregi et studiosis, qui Romam venerunt, obiectum studiorum distribui. In fine recollectionum instructionem protuli: De spiritu huius mundi opposito Spiritui Christi."

Die 6 Novembris Pater Roblaitis interrogavit in S. Congr. de Religiosis quando Eminentissimus Card. Laurenti recipere posset et retulit mihi in futurum esse die 8 Novembris non ante h. 10 mane.

Die 8 Nov. h. 10 veni ad Em.mum Card. Laurenti, sed fuerunt plu-alii religiosi et religiosae, qui venerunt ante me. Exspectavi usque ad horam 1-mam post meridiem et non fui receptus. Idem sors accidit aliquot sororibus et uni sacerdoti, probabiliter, religioso. Duas tamen monachas, quae ultimae venerunt receptae sunt ante finem receptionum huius diei.

Eodem die 7 hora vespere veni in Institutum Orientale vocatus a meo Directore Episcopo D'Herbigny. Obiectum collocutionis fuit mea epistola scripta ei die 5 Novembris de proposito uniendi nostram Congregationem et Congr. Resurrectionis D.N.I.C. Exposita sunt motiva pro et contra. Ex omnibus manifestum apparet vix sperari posse aliquod emolumentum ex hac fusione. Deinde Ep..

apud coepit loqui de N.V. Kordašewski; qui cum matrimonio ligatus sit et uxorem adhuc viventem, licet hoc matrimonium a tribunali orthodoxo iam dissolutum sit, ad sacerdotium promoveri non potest. Non est igitur curandum nisi de bono spirituali suae personae solius, ac consulendum ei, ut intret in aliquem ordinem contemplativum.

Tandem R.mus Director Instituti Pontificii Orientalis loqui coepit de sacerdote Deubner junior, filio sacerdotis russi [illegible]. Cum pater iam inde a 7 annis moestissime patiatur in carcere communistico, cum filius suus indigeat tutela et adiutorio familiae religiosae, R.mus et I.mus D'Herbigny interrogavit me, possemusne recipere illum sacerdotem iuniorem in nostram

habitationem. Ego respondi id libentissime fieri posse in quocumque monasterio Lituano seu Polono, non vero Romae, quia domus omnino plena est. Cum domum redissem, eandem rem proposui consultis presbyteris domus et ipsi respondebant eum in domum nostram recipi non posse. Sed ego suggessi ut proprietarius domus interrogetur, num permittat in sua habitatione cedere unum cubiculum ita ut Deubner junior possit apud nos manducare et in omnibus nostris exercitiis participare.

Die 9 Novembris mane, cum de domo exibam in Cancellariam Apostolicam, P. Casimirus Reklaitis mihi dixit oppus esse promittere camerario Cardinalis [illegible], ut celerius ad-

mittat ad Eminentissimum Dominum. Ego censui consilium hoc esse periculosum et ita dixi Confratri meo. Cum advenissem in Cancellariam aliquot minutis ante 11 h solum inveni commissarium et ipse mihi dixit se heri bis adiisse Cardinalem cum proposito, ut me celerius reciperet. Ego intellexi Cardinalem esse offensum erga me propter importunitatem commissarii sui, huic vero dixi se hodie sibi importunum. Licet primus advenissem, tamen fere integrae elapsae sunt duae horae antequam potuissem incipere meum negotium. Expositio negotii duravit circiter 15 minutos, quia studui maximae brevitatem. Negotia habui septem, sed duo omisi.

Primum negotium fuit de episcopis Americanis, qui abstrahere student sacerdotes nostros a vita communi et committere eis regimen paroechiarum literarum. Eminentissimus Dominus dixit cedendum esse episcopis, tamen: a) post duos annos revocandos esse sacerdotes ad vitam communem, b) licentiam Sedis Apostolicae exquirendam.

Secundum negotium: De exemptione nostra et confirmandis Constitutionibus. Emin. Dominus hodie locutus est durius quam omnibus praecedentibus vicibus et fere nullam spem reliquit conservandi exemptionem.

Tertium negotium: de Concilio Generali Romae primo sive necessitate est omnes convenire, sed ut tres sufficiant. Cum autem nominandus sit ut tertius assumatur Procurator Generalis Eminentissimus huic proposito libenter assensum praebuit, [illegible] tamen, ut res scripto proponatur

Quartum negotium voluntas Archiepiscopi Rigensis committere nobis Typographiam Archidioecesanam. Eminentissimus declaravit: 1° necesse esse faciendum contractum 2° quaestionem iuris proprietatis sine ulla ambiguitate exprimendam 3° contractum esse a S. Apostolica necessario approbandum 4° Eiusdem Sedis Ap. approbationem requiri ad assumendum officium solvendi debita eiusdem typographiae.

Quintum negotium de divisione nostrae Congregationis in provincias cum Monsignore Ugolini esse tractandum.

Nunc reapse adivi et cum eo conveni sequente hebdomada rem iam scripto redactam proponere.

De Cardinale protectore et de opinionibus eorum, qui censent nos esse uniendos Congregationi Redemptoris D.N.I.Ch. inopportunum esse censui

hodie longum. Redii post meridiem circa h. 12/2.

Die 10 novembris scribebam epistolas ad F. Kudirka, provincialem Americanum, Georgium Tilvytis sup. in Panevėžys et sic transiit dies in minutis negotiis. Mira res mihi videtur, quam pauca expensa sum expendere hic Romae in uno die qui videtur impedimentis carere.


Die 19 novembris adii cubicularium intimum supranumerarium Henricum Agostini portans ei libellum supplicem, quo petebatur translatio domus generalitiae in domum romanam. R-mus D-nus perlecto hoc libello reddidit eum mihi dicens addendam esse mentionem quo tempore facta sit permissio erigendi domum Romae, quae permissio dari debuit ab Em-mo Vicario Urbis. Porro addendam esse mentionem, cur tres

Consilium Generale non possit Romae
videre. Rationes haec iam erant com-
memoratae in ipso libello a me porrecto,
sed R-mus D-nus Agostini dicebat eas
esse fusius exponendas. Tandem ipse
dixit: Quod dispensatio peteretur solum-
modo ad tempus quod praemittetur ce-
lebrationi Consilii Generalis digestum
in anno. Ego respondi me timere
promissiones, quae adimpleri non possunt.
Si enim possemus digestum in anno
sessionem Consilii Generalis peragere,
non erat opus dispensatione et al-
di forsitan melius est me non Romae
videre, ut sessiones Consilii Generalis mi-
noribus expensis fiant. R-mus Agostini
respondit Romam esse centrum om-
nium familiarum religiosarum et Regi-
minis ecclesiastici. Ego vero addidi: „et
totius orbis catholici. Hac enim ratio-
ne ducti domum nostram Romae acqui-

mus.

R.P. Bronnikowski ministrorum
tantas fieri difficultates mihi tam singu-
laris et a praelato Agostini ad ni-
hilum deduci id quod a Cardinali
iam decisum erat. Etiam mihi
res satis mira videbatur. Evidens
enim erat voluntas officialium S.
Congregationis humiliandi me,
negandi omnia aut fere omnia
quae nostrae communitati utili-
lia sunt, quando ego rogabam
ea.

R. P. Rokkaitis mirabatur di-
cens, cur ego ipse nullam dixi S. Con-
gregationem, ego asserui me nolle
subtrahi a poenitentia, quae mihi
imponitur. Cardinalis enim Lauren-
ti et officiales minores videntur
esse offensi et addidi: „Tu enim in-
sisti convocationi, ut ipse me convocare.



ad Cardinalem; quando expectabam incarcerationem mihi dixit die 9 novembris se prohibuisse me incarcerare Eminentissimo Domino. – Tunc Roblatis confessus est se Commissario dedisse quinque libras ut id faceret, sic enim consilium dederat Mgr Agostini. Itaque non est dubium Cardinalem fuisse offensum actione quam communi consilio conceperunt Mgr Agostini et R.P. Casimirum Roslaniec.

Die 27 decembris 1928 una cum R. Patre Casimiro Bronikowski profectus sum ad visitandam provinciam Marianorum polonicam et domum Drujensem immediate Consilio Generali subiectam.

Die 29 eiusdem mensis hora 3½ post meridiem advenimus Varsaviam et vespera cum solemnitate a Marianis Bielanis excepti sumus. Post brevissimam

stationem in platea Moniuszki profecti sumus in Bielany et sonitu campanarum nec non concursu omnium fratrum excepti sumus. Post brevem orationem coram Sanctissimo preces pro defunctis recitavimus.

Ipsa autem visitatio canonica incepta est mane die 1 ianuarii 1929 anni, atque duravit usque ad finem diei 8 ianuarii. Memoriale eiusdem visitationis in speciali libro monasterii Bielanensis inscripsi. Cum domus satis bene ordinata esset, fructus visitationis non fuit multum notabilis, sed quaedam minora videntur melius ordinata fuisse. Spiritus religionis et zeli excellens est in omnibus sacerdotibus et fratres eo utiliter imbuuntur; refractarii vero recedunt.

Die 5 ianuarii visitavi canonice

domum ad plateam Moniuszki № 3a, ubi pater provincialis residet. Ipse solus est ibi necessario. Cum eo vivunt quinque fratres. Eidem domui adscriptus est secundo E. Sawicki, qui in orphanotrophio ad plateam Wileńska № 63 habitat cappellani munera fungens. Unus dies plane sufficiebat ad visitationem utriusque instituti faciendam.

Domus ad plateam Wileńska monasterium adhuc vocari non potest. Intentio tamen fundatorum est, ut fundus et aedificia Marianis tradantur ab iisque orphanotrophium dirigatur. Marianis autem multum interest institutum istud possidere, nam ex pauperibus orphanis optimi possunt operarii educari. Huius autem generis labor maxime convenit spiritui Mariano. Nequando, praeter patr. Sawicki, etiam P. Jakowski praeses est coetus, qui insti-

tuti moderatur.

Diebus 13-16 praedicavi Triduum lituanis Varsaviae degentibus in ecclesia Nominis Jesu, quae ad plateam Moniuszki № 3a posita est.

Die vero 17 ianuarii 1929 profectus sum in Skórzec dioecesis Podlachiensis prope urbem Siedlce atque domum nostram canonice visitavi usque ad diem 21 ianuarii. In eadem domo habetur iuvenatus, seu institutum in quo pauperes pueri transigunt cursum III, IV et V classis gymnasii, ut deinde nomen Congregationi nostrae dare possint. Me praesente 21 eorum desiderium expresserunt intrandi in novitiatum.

Diebus 23-24 ianuarii visitavi domum Raśna, dioecesis Pinsensis, prope oppidum Wysokie Litewskie. In domo Rasnensi habetur novitiatus provinciae

Poloniae optime a Rev. Patre Alexandro Baltic' ordinatus et gubernatus. Beneficium quondam Marianorum an. 1864 confiscatum nunc censetur sine gubernii Reipublicae Poloniae. Visitatio mea, fortasse, eo utilis fuit, quod in memoriam Patrum Polonorum revocavi legem Poloniae, quae bona omnis confiscata propter participationem in insurrectione 1863 an. proprietariis vel eorum successoribus restituit. Nonagenarius sacerdos Napoleo Lubowidzki, adhuc in Wysokie Litewskie residens, testis est bona Marianorum Romanoviae a Russis fuisse confiscata propter participationem in insurrectione praedicta. Testimonium sacerdotis Lubowidzki in formam iuridicam me praesente redactum fuit.

Post visitationem Romae Varsaviam

redii ibique praefui deliberationibus omnium sacerdotum Marianorum Polonorum Bielanis congregatorum.

Die 1 februarii profectus sum in urbem Pinsk, ut cum episcopo Sigismundo Łoziński colloquerer de rebus Marianorum, tamen episcopum non inveni. Sequente die profectus sum Vilnam ibique media nocte adii. Ante meridiem collocutus sum cum Archiepiscopo Romualdo Jałbrzykowski, post meridiem adii episcopum Casimirum Michalkiewicz. Vidi etiam duos presbyteros lituanos: Čibiras et Zajančkauskas. Summo mane die 4 februarii Missam legi in monasterio monialium Bernardyńskich Zaułek № 8 et hora 7½ profectus sum in Dukštas, inde autem in Druja, ubi perveni hora 7½ vespere, ibique solemniter receptus sum.

Diebus 4-9 februarii visitationem canonicam domus Drujensis peregi. Ibique persuasum mihi est superiorem huius domus R.P. Andream Cikoto extraordinario dono administrandi pollere. Maxima pars sodalium albo-russi sunt et in extraordinariis difficultatibus non solum spiritus religiosus optime evolvitur, sed etiam numero crescunt. Haec domus optime servire potest ad formandos missionarios pro conversione Russiae.

Diebus 10 et 11 Drujae fuit sessio Consilii Generalis. Aderant omnes Consiliarii patre Totoraitis excepto. Protocollum ibidem confectum est et tribus signatum est nempe: Bronikowski, Cikoto et me. Pater Skrinda praesens fuit usque ad finem deliberationum, sed profectus est domum antequam textus protocolli in ultima

forma redigeretur. Idem protocollum est ei missum ad subscribendum et deinde Romam mittendum. Tria alia exemplaria distributa sunt tribus Consiliariis qui aderant.

Die 12 februarii redii Vilnam, iterum collocutus sum cum Archipraesule Jałbrzykowski diemque 13 ibi transegi. Vespere eius diei profectus sum in Siedlce.

Die 14 februarii adii episcopos Przezdziecki et Sokołowski nec non alios notos meos in Siedlce. Vespere vero huius diei redii Varsaviam, sed patrem Jakowski non inveni.

Die 15 februarii baptizavi nuper natam filiam amici mei Ladislai Gieysztor eique nomen Mariae-Josephae, iuxta desiderium parentum imposui.

Die 17 februarii mane in ecclesia

SS Nominis Jesu ad plateam Manirski N3a. concionem lituanam habui, post meridiem vero hora circiter 2½ currum viae ferreae adii iter romanum incipiendo.

Die 18 mane fui iam Vindobonae in Austria. Missam legi in monasterio sororum Franciscanarum Missionariarum Mariae Engelsplatz 41 quod Leopoldskloster nominatur. Itaque aliquo tempore collocutus sum cum matre Maria Xavera, quae in saeculo fuit Amelia Rzensotarska, nunc autem est novitiorum magistra in Annuntiatakloster prope Vindobonam. Ea agente ipsa vitam religiosam amplexa est aliquot annis ante bellum.

Die 19 hora 6 mane missam dixi in ecclesia S. Elizabeth, hora vero circiter octava profectus sum Romam.

quam adii die 20 februarii circa meridiem.

Die 25 februarii 1929 adii Eminentissimum Dominum Cardinalem Alexium Lépicier, ut ei exponerem graviores observationes graviaque negotia, quae apparuerunt tempore visitationis meae. Eminentissimus tamen Dominus audivit me ita, ut pati appareret, deinde vero dixit me omnia scripto non sibi, sed S. Congregationi proponere debere, omniaque tractare cum Reverendissimo Praelato Agostini, non autem cum Eminentia sua. Tandem dixit se non posse amplius audire me, nam proficisci debere. Cum res a me nomini indicatae fuissent, ut altera vice permitteret me venire. Eminentissimus tamen me remisit ad prael. Agostini. Itaque ego dixi



circiter hoc modo: „Votre Eminence m'autorise donc de ne plus dérober son temps, mais traitez tous avec Mgr Agostini?" Eminentissimus respondit affirmative. Ego autem in tono et verbis notavi me totaliter carere quacumque confidentia Eminentiae suae. Causam huius diffidentiae vix intelligere possum, nam nihil mali fecisse mihi conscius sum. Probabiliter calumniatus sum ab aliquo coram hoc Principe Eminentissimo. Maxima cum reverentia osculatus sum anulum suum et valedixi.


Die 27 februarii, dominica scilicet, Eminentissimi Alexii Cardinalis Lepicier adii domum suam et nomen meum inscripsi in libro inter eos qui omnia fausta prosperaque sibi optabant. Domum redux partem Rosarii

recitavi ad intentionem Superioris mei Eminentissimi, qui S. Congregationi de Religiosis moderatur.

Augusti die 3 misi in Americam ultimam partem, scilicet paginas manuscriptas 172 – 496 secundi voluminis operis mei „Kataliky Tikyba", quae pars secunda proprium habet titulum: „Jezus Kristus Pasaulio Atpirkėjas."

Mensibus Augusto et Septembre scripsi opusculum parvum de confessione tamquam medio ad restaurandam moralitatem populi et misi consanguineo meo Francisco Raštinas, Decano Foraneo in Garliava dioecesis Vilkaviškensis, ut legeret in conferentia sacerdotum decanali.






Die 14 Septembris absolvi scribere seriem meditationum pro cultoribus laicis, quod „Gyvenimo Pagrindai" appellavi, nam id quaesierat professor Univ. Kaunensis et canonicus Vilkaviškensis, qui vult id inserere in manuali precum pro cultoribus laicis.

Die 17 septembris in Albano solemniter commemoravimus anniversarium mortis venerabilis Servi Dei Stanislai Papczyński. In vigilia huius diei fuit coadunatio Marianorum in Albano. Aderant hospites: Sergius Verighine, Prof. Węglewicz et qui continuo apud nos moratur Alexander Deubner. R. P. Bronikowski praelectionem habuit de vita Servi Dei Stanislai; ego locutus sum de fine illo Marianorum, qui quasi vitam huius Congregationis constituit. A. Deubner locutus est de iis, quae bona notant apud Marianos degendo. Sermones erant interessantissimi.

Eadem die 17 sept. 1929 R. P. Reklaitis, MIC, procurator generalis, profectus est in monasterium Benedictinum Subiaco, ut ibi exercitia sua spiritualia privatim peragerat.

Die 21 septembris prima et ultima initia feci scribendi tertium volumen „Kataliky Tikyba", de actione Spiritus Sancti in mundum per Ecclesiam, praesertim ope sacramentorum.

Die 22 septembris nominatus sum consultor Pontificiae Commissionis pro Russia. Rescriptum Card. P. Gasparri ex eo die habet N 83229.






Eodem die examinavi documenta, quae respiciunt matrimonium inter Apollinarium Oleufieff [?] et Georgium Ritter. Meam opinionem de nullitate huius vinculi expressi 27 septembris, die autem sequenti eandem opinionem una cum documentis Commissioni Pontificiae personaliter tradidi per praelatum C. Margotti [?].

Die 26 <u>mi</u> monasterium s. Benedicti in Monte Cassino visitavi partem faciendo peregrinationis superiorum ordinum religiosorum ad tumulum patriarchae monachorum occidentalium.

Die 27 sept. rediit pater Procurator Generalis Casimirus Roklaitis [?] post absoluta sua exercitia spiritualia et declaravit mihi se non posse, ut opportet, satisfacere suis officiis procura-

toris generalis, superioris et oeconomi domus Romanae. Ipse voluit ab officio superioris domus liberari, officia vero procuratoris generalis et oeconomi domus Romanae retinere. Rei gravitatem considerando censui opportere opinionem omnium consiliariorum exquirere.

Octobris 1 die coepit existere conventus Russicus [?] penes domum Romanam Marianorum. Ea die in eo inveniebantur tres: Alexander Deubner [?], sacerdos, qui inde a biennio [?] apud nos vixerat, sac. Diodorus Kolpinskij, qui ante paucos dies advenerat proficiscendo in republicam Sinensem ad adiuvandum Fabiano Abrantowicz, tandem eodem ipso die venit Constantinus Popescu, de gente rumena,



qui ex Albania expulsus hic temporaneum domicilium quaerebat.

Die 5 octobris advenit Nicolai filius Georgius Maklakoff professor linguae russicae in instituto catholico in urbe Lille in Gallia. Die 12 eiusdem mensis ipse, visitata Roma indulgentiaque iubilaeari acquisita profectus est Lilleum.

Die 14 octobris incepi exercitia spiritualia in oppido Albano. Quae exercitia a Rev-mo Patre Casimiro Bronikowski M.I.C. praedicabantur polonice pro sodalibus nostris huius linguae. Ego autem non solum meo spiritui renovando incumbebam, sed etiam aliis praedicabam lituanice. Auditores habui sodales Congregationis nostrae numero quatuordecim. Singulis diebus quinquies praedicabam,

nempe tres meditationes, examen conscientiae publicum et sermonem serotinum. Confessionem sacramentalem absolvi coram R.P. Casimiro Bronikowski die 17 octobris ex toto elapso anno ab ultimis exercitiis spiritualibus, scilicet a die 27 iulii 1928. Distractiones tres habui: a) die 16 octob. venit R.P. Cas. Reklaitis consilia conferre de telephonio instituendo in domo nostra romana. Ego eum remisi ad ulterius tempus. b) Die 21 oct. pater ex Ordine Capucinorum rogatus ad audiendas confessiones nostratium venit una hora tardius quam promiserat, quapropter R.P. Bronikowski censuit esse assistendum ei antequam meditatio finiatur et meditationem meam interrupit, deinde vero

consilium meum quaesivit de commensando patre confessario, quorum quaedam urbana continuit verba. c) Die 22 octob. R.P. Branikowski certiorem me reddidit de statuto iam a R.P. Reklaitis transmigratione nostrorum sodalium ex Albano Romam pro die 24 Octobris. Res haec mihi mira apparuit, quia impossibilem fecisset visitationem officialem Commissionis pro Russia et Vicariatus Urbis, de qua visitatione ex ore meo sciebat R.P. Reklaitis, nam cum eo omnia contuleram de necessitate huius visitationis antequam clerici recedant. Die 23 octobris mane post meditationem, post Missae sacrificium recipiuntur vota renovanda et cantato „Te Deum" finis imponitur exercitiis spiritualibus huius anni; quae, praeter tres momentos distractiones satis feliciter absoluta sunt.

Die 23 octobris 1929 post finita exercitia spiritualia, post dictam Missam votivam de Beatissima Virgine Maria fr. Alphonsus Jagminas renovavit vota et quidem in perpetuum. Vota autem temporanea renovarunt fratres Leo Krasauskas, Joannes Jarčius, Josephus Paulikonis, singuli ad annum. Caeteri vero non renovabant iuridice, nec effective, nam a Superiore Domus non fuerunt praeventi. Nec ego praeventus ab eo fui de numero eorum, qui renovare debebant. Haec igitur res reformatione indiget, ne vota fiant quasi ex prompto. Mense iulio ego dixi Rev.mo P. Reklaitis opportere ut post

In hoc tamen ego erravi, nam omnes possunt vota anticipari plusquam uno mense.

exercitia spiritualia. Item dixi
omnes fratres votorum tempo-
raneorum ea ad annum re-
novarent, ne opus esset anno
sequente sub exercitia omnino
[illegible] fuere, sed
votorum renovationem sola brevi
recollectione praeparare. Haec
mea dispositio frustrata est
eo, quod fratres de ea non
sunt edocti. Rev-mus igitur
Vicarius-Generalis in exercitiis
palam protulit sententiam
non posse ad renovationem vo-
torum admitti eos, qui de re-
novatione non erant praemoni-
ti. Itaque ego antequam acces-
sissem ad renovationem voto-
rum recipiendam tribus lingu-
lis: latina, lituanica et polonica di-
xi eos solos ad renovationem vo-

tantum accedere posse, qui a Superio-
re domus ea de re praemoniti
sunt et consensum Consilii
Generalis habent.

Die 24 oct. 1929 apud Rectorem
Instituti Orientalis episcopum M.
d'Herbigny fuit et cum eo locu-
tus sum de tribus nostris iuve-
nibus ex domo Drujae in Rus-
sicum accipiendis tamquam
alumnis. Praecedente enim die
de eadem re cum rectore Russici
R. P. Javorka Peter Cas. Reklai-
tis locutus fuerat et acceperat
responsum eos in Russicum ad-
mitti non posse, cum institutum
istud pro solis saecularibus
sit. Hoc responso ad nihilum
redigebatur id, quod Ill-mus ac Rev-
mus D'Herbigny Andreae Cikoto
mense iulio promiserat. Respon-

tamen die 23 oct. Pater Javorka S. J.
accepit epistolam Patris Rokleitis
M.I.C. errorem accidisse et omnia
parata esse ad errorem tollendum.
Cum hac epistola ego adii Ill-mum
ac Rev-mum D'Herbigny. Ipse mihi
dixit statuta Russici revera ta-
lia esse, qualia dixit R.P. Ja-
vorka, sed benignitate Rev-mi
Patris Generalis Societatis Jesu
pro nostris alumnis factam esse
exceptionem eamque accepi. Ego
quaesivi quaenam documenta
et caetera requirantur. Quae
cum mihi dicta essent, ego ea
mentionavi in telegrammate ad
R.P. Andream Cikoto statim eo-
dem die dato. Die 31 octobris iuve-
nes advenerunt Romam; ante
eos aliquot minutis ante horam
17 R.P. Rokleitis adiit directo-

rem Russici; qui dixit receptionem
eorum in Russicum nondum esse de-
cisam propterea quod ignorantur
eorum nomina. Ipsi autem iuvenes
hora 17-a adibant Russicum om-
nes et singuli in persona cum su-
is documentis. Pater Reklaitis, cui
ipsi obviam ierunt, reduxit eos
sortis mae incertos in domum
nostram ad viam S. Nicolai da
Tolentino # 31. Die 2 Novembris an-
te meridiem hora 10 Pater Rek-
laitis denuo adiit Russicum
cum scripto meo, in quo no-
mina singulorum mentiona-
bantur et omnes commenda-
bantur, sed rector instituti
Russici abfuit. Aderat solus
Pater Spiritualis Rev. Schweigl
S. J. qui nihil certi dicere potuit.
Notandum: die 2 novembris circa ho-

ram 9 sacerdos Joannes Deubner, a moderatoribus Russicii roga-tus per telephonium intima-vit domui nostrae nomine Mujenonium D Russicum adspi-rantium exhibenda esse eadem die 2 novembris ante meridiem.

Die 28 octobris circa horam 9½ acerbissimos dolores in sto-macho sentiri. Immisso in os digito vomitum provocavi et do-lores cessarunt. Duo medici de-inde venientes nihil periculosi in me invenerunt. Ego censui me aliquod nocivum cum ca-cao bibisse. Sed istius cacao cum lacte commixti ego bibi solummodo unum parvum vas-culum. Censui in zuckero ali-quid nocivi infuisse, sed deinde gustavi idem zuccherum et ni-

hil mihi nocuit, sicut cacao et hac non nocuerunt ali-is qui satis multi (omnes nostri clerici) una mecum bibebant.

Die 29 varios homines invita-bam ad prandium ex occasi-one nostrae habitationis et capellae byzantino-slavicae inaugurationis. Prael. Margot-ti, prael. Agostini invitatio-nem non acceptarunt. Car-dinalem Sincero et episcopum d'Herbigny non invitabam, quia non sunt inter eos amicitiae vincula. Jac. Deubner et alii multoties mihi repetebant invitandum esse D'Herbigny, ego autem id facere nolui, ne Cardinalem offenderem. Im-portunitas Deubnerii tanta


fuit, ut patientiam perderam.

Die 30 octobris hora p. 13½ adfuerunt: Mgr. Pascucci ex vicariatu Urbis, Mgr. Verghetti ex S. Congr. Rituum, Mgr. Tito Foraidi ex S. Congregat. disciplinae sacramentorum, Rev-mus Pater Placidus De Maistre, Rev. Pat. Theodorus Berbauis, rector collegii in Amay (Belgium), D-nus Sergius Verighine qui capellam et domum benedixit, medicus noster Dr. Laurenti, ~~[illegible]~~ Rev. P. Olejniczak, rector Collegii Polonici et omnes nostri Patres ac alumni. In fine prandii orationes coeperunt cum praeparatione. Mgr. Verghetti bis etiam verbis latinis omnes hilarem reddidit.

Die 31 octobris iterum fui apud

Episcopum D'Herbigny quoniam locutus sum de Michaele Nedtočin (et Hegumenos), qui nuper ex Shanghai advenerat. Promisi Illustri Rectori Instituti Orientalis Michaelem in Convictu Russico relinquere et linguam latinam docere, quod statim explevi sacerdotem Nikolaum Lasarevič-Šepelevič magistrum delegando. Lectiones fieri coeperunt die 1 novembris. Discipulus et magister sunt invicem contenti.

Die 2 novembris Mariampolim misi primam partem correcti mei dialogi de anima. Huius rei schedulam hic affixi.



Eodem die scripsi satis multos epistulas officiales de rebus

Die 21 novembris S. Congregationi pro Religiosis praesentae sunt Constitutiones Capituli Generalis adaptatae ad approbandum. Eadem die porrecta est petitio ad dividendam Congregationem nostram in provincias. Constitutiones nostrae manserunt apud S. Congregationem; petitionem autem dividendi in provincias R. P. Rotlaoti retulit retro et dixit eam fuisse ab Ill-mo ac R-mo Dno Secretario non acceptatam, ne huc usque causae pendent

Congregationis nostrae

Die 30 novembris Michael Nedtočin ex convictu ecclesiastico nostrorum transiit in Russicum, deditus ordinatione R. P. Javorka, qui ibi in Russico seminario moderatur.

Exeunte mense novembre formale praeceptum dedit P. Superior Domus Romanae, ne in die meo onomastico quid cantus posset in refectorio, quam factum fuerat die 18 novembris in die festi ecc anniversario ab independentia Lettoniae proclamanti. Mox adiit me R-mus P. Bronikowski rogando, ut hoc praeceptum abolerem, ego tamen non abolevi. Die 1 decembris adiit R-mus P. Rotlaoti cum eadem petitione et rationes meas impugnabat, ego vero eas

defendebam. Ipsi fortasse violabant meam intentionem non me sciente, nam die 2 decembris fecit extraordinariam „Academiam" cum cantu et allocutionibus, cum scriptione salutationis. Die vero 3 decembris satis lautum erat prandium in refectorio floribus ornato. Item refecti, tum ornamenta refectorii erant multo maiora, quam 30 octobris, quando hospites invitati aderant.

Die 26 decembris 1929 an. accepi duo exemplaria opusculi a me scripti „Trys pamokslai apie girtybę." Opusculum editum est a societate R. Cath. Temperantiae in urbe Kaunas et constituit 61 ~~~~~ opus ab eadem societate vulgatum.


Die 27 decembris 1929 an. una

POSTE VATICANE 6.12.29

Assegno L. 1965
Mittente
Destinatario
Destinazione
Tassa L. Espresso L. Firma

cum Rev-mo P. Casimiro Bronikowski, assistente generali; patre Casimiro Oksiutowicz M.I.C. studioso nec non sacerdote saeculari apud nos degente Mieczislao Wyglewicz, archidioeceseos Varsaviensis, incepi exercitia spiritualia easque per octo integros dies peragebam. Meditationes tamen matutinas faciebam separatim ab eis, nam meditationibus matutinis Convictus Eccl. Russorum intereram. In istis exercitiis spiritualibus unaquaque die polonice dicebam conferentiam seu sermonem hora 6-a (18-a) vespere. Solummodo in Dominica 29 decembris haec conferentia erat hora 3-ia (15-a) post meridiem et quidem latine, nam ei interfuerant omnes Mariani domus Romanae,

non exceptis eis, qui in Collegio S. Theresiae Russico studiis operam navant. Exercitia haec spiritualia feci, imprimis, ut supplerem quosdam defectus involuntarios, qui in exercitiis mensis octobris 1929 irrepserant, secundo, ut liber essem anno 1930 si forte quoddam obstaculum occurrerit in anni decursu ad facienda exercitia spiritualia. Sicut soleo Breviarium quotidie anticipare, sic conveniens esse putavi etiam exercitia spiritualia anticipare, eo magis, quod ideo nullum incommodum propter hoc in domo addebatur, nam alii duo Mariani ad exercitia ea facienda tenebantur. — Fructus horum exercitiorum adesse videtur, nam statui: 1° difficultates administrationis considera-



ac tamquam aliquam speciem voluntatis divinae, a Providentia admissam; 2° cogitationes ambitiosas involuntarias accuratiore vigilantia repellere; 3° melius invigilare phantasiae et motibus impuris in statu transitus ex somno ad evigilationem et in statu soporis ante plenum somnum. — Haec exercitia spiritualia de facto absoluta sunt die 4 ianuarii post ultimam conferentiam, tamen silentium servavi usque ad mane diei 5 ianuar. Durantibus istis exercitiis quattuor epistolas scripsi; quae sequuntur: ad Can. Dinaro, ad Archiep. Karevičius, ad sororem M. Ignatiam, quae proficiscitur in Americam, et ad principessam Magdalenam Radziwiłł commendando ei proficiscentem in negotiis domus Varsaviensis sacerdotem

Ladislaum ~~[illegible]~~. Lewandowicz, M.I.C.

Mense ianuario 1930 encyclicam Pii XI die 31 decembris praecedentis datam, sed aliquot diebus serius promulgatam in sermonem lituanum verti et canonico Francisco Kuraitis Kaunam misi ut in ephemeride „Tiesos Kelias" publici iuris fieret. Ipse enim promiserat pro hac versione 300 litas seu $ 30 solvere.

Mense februario praeter solitas occupationes elenchum alphabeticum componebam ad Constitutiones Marianorum nuper a S. Sede approbatas. Elenchus iste nondum est finitus, licet mensis iam exiit. Pro Commissione Pontificia pro Russia secundas Constitutiones Congregationis Georgianae

Ricevuta di raccomandata R.
ROMA-CENTRO
R
Firma dell'Impiegato

cum Codice Iuris Canonici contuli et opinionem meam cardinali Sincero porrexi. Ab eadem Commissione rogatus alium satis notabilem laborem, nempe interpretationem quarundam litterarum russicarum in sermonem latinum confeci.


Propter hos labores deficiebat mihi tempus ad scribendum ulterius „Katalikų Tikyba". Laboribus istis absolutis ulterius in scribendo progrediebar.

Die 13 Martii typographia „Šaltinis" misit mihi quatuor exemplaria opusculi mei „Pasikalbėjimas apie vėlę". Ephemerides „Šaltinis" propter causam mihi ignotam non fecerunt publici iuris ea, quae a me acceperunt ad divulgandum Congressum Eucharisticum Internationalem, qui futurus est mense maio sequente Carthagine.

Altera parte mensis Martii multum laboravi componendo Indicem Alphabeticum ad Constitutiones nostras recenter approbatas, illustrum etiam denuo a R. P. Alexandro Boltuć confecto. Exeunte mense Martii hunc laborem absolvi.

28 Martii latine interpretatus sum testimonium baptismatis Olgae Jarinskij, russice scriptum. Rogatus enim fui a Pontif. Commiss. pro Russia.

Eodem tempore Romam venit „Tiesos Kelias" an. 1930 n. 3, in quo habetur lithuanice facta a me reddita ex textu italico epistola encyclica Pii XI de christiana educatione iuventutis de die 31 decembr. 1929 an. In eodem numero eiusdem ephemeridis prodire ceperunt a me scrip-



ka „Gyvenimo Pagrindai." Typographia autem „Draugas" fere eodem die misit mihi sex prima folia iam definitive impressa scripti mei „Katalikų Tikyba" tom. II. Porro satis bene compositas habebantur additae paginae 103-188 eiusdem voluminis. Pater autem Matulaitis id reliquam partem eiusdem voluminis esse iam compositam, sed nondum revisam nec ordinatam.

Die 1 aprilis accepi litteras R.P. Kudirka, quibus consensus provinciae Americanae exprimebatur, ut II volumen scripti „Katalikų Tikyba" in Lituania publici iuris fiat. Ideo 2 aprilis 1930 Marijampolim R. P. Joanni Kriščiukaičio misi 223 paginas manuscriptas huius voluminis.

D-nus Nicolaus Lazarewicz, sacerdos dissertationem suam scripsit, ad

quam scribendam et Pontificio Instituto Orientali praesentandam, in cuius domo hospitalitate utebatur, die 2 aprilis domini huic sponte subdidit.

Die 10 aprilis accepi quindecim exemplaria encyclicae Pii XI de educatione christiana in lituanam linguam a me versae et ab Actione Catholica Kaunae publici iuris factae.

Die 18 aprilis hora 22 min. 10 profectus sum Roma petens Regiomontem in Borussia. Die 20 hora 9 23 adveni Berolinum, Missam in ecclesia S. Clementis dixi et aliam Missam cum concione audivi, deinde vero hora 15 33 profectus sum ulterius. Eadem die hora 23 Regiomontum

adveni in diversorio Berliner Hof pernoctavi et mane facto h. 8 in valetudinarium St. Elizabeth, ad viam Ziegelstrasse veni; ibique Missam dixi. Deinde vero ultimam manum apposuitam praeparationi Consilii Generalis. Idem feci etiam die 22 aprilis. Sub vesperam eius diei Regiomontium venerunt patres Bronikowski ex Polonia, Skrinda ex Latvia et Petrauskis ex Lituania.

Sequente die i.e. 23 aprilis venit et pater Čikoto ex Braja. Hora 11 incepimus sessionem plenariam consilii generalis. Duodecim erant puncta discutienda, quorum ultimus in undecim partes singulis punctis fere aequales dividebatur.

Sessiones fiebant cum brevibus interruptionibus necessariis ad sumendum cibum et somnum nocturnum; durante 23 — 24 aprilis ante et post meridiem. Res satis feliciter absoluta est die 24 aprilis hora circiter 19. Protocollum ab omnibus consiliariis signatum est. Tunc in eodem instituto pernoctavimus et mane 25 aprilis Missas diximus. Hora 10 p. Bronikowski solus profectus est Berolinum cum intentione eundi in Meranum apud aegrotum clericum Georgium Pawski. Ego autem mansi exspectans adventum Helenae Urbonaite, quae est superiorissa societatis Moterų Kultūros Draugija, et Congregationis religiosae, ut cum eadem supe-

riorissa negotia gravissima eiusdem Congregationis tractarem. De ea re rogatus fui non solum ab ipsa Urbonaite, sed et a superiorissa generali Ancillarum SS. Cordis Jesu, quarum domus princeps est Varsaviae ad plateam Piękna № 24. Utraque enim Congregatio usque modo una erat; nunc autem orta est quaestio separandi lituanos a polonis.

Die 3 iulii 1930 an. nominatus sum episcopus titularis Olympenus, die autem 6 eiusdem mensis Romae in ecclesia S. Clementis ab episcopo ritus orientalis Cyrillo Kurtev consecratus sum episcopus assistentibus episcopo Isaia Papadopoulos et episcopo Melchita cuius nominis non memini.

Die 19 augusti profectus sum ad visitandas ecclesias russorum catholicorum in Nizza, Marseille, Lyon, Paris, Lille, Bruxelles, Namur, Luxemburg, Berlin, Praha, Velehrad, Wien, Graz et d-num Grivec in Lublana. Redii die 4 octobris et relationem de isto itinere scriptam porrexi tum Pontif. Commissioni pro Russia tum ipsi Summo Pontifici Pio XI.

Die 30 octobris 1929 an. apertum fuit hospicium seu Convictus Russorum Ecclesiasticus et ego fui moderator eius. Inter habitatores convictus fuit sacerdos Alexander Deubner, qui attributus est mihi secretarius, sed ipse nulla munera a me commissa obibat, aut pessime

ea exequebatur.

Diebus 19-25 Octobris 1930 fuerunt exercitia communia spiritualia sacerdotum russorum ritus orientalis. Ipsa peragebantur Romae tum in Hospitio russorum ecclesiastico tum in coll. S. Laurentii. Ego dicebam omnes instructiones et meditationes, Evreinoff praeerat exercitationibus liturgicis, R. P. Placidus de Meestre post meridiem res liturgicos orientales tractabat cum sacerdotibus, exercitiorum spiritualium participibus.

Post exercitia fuit conventus sacerdotum, qui varia desiderata expostularunt. Porro omnes in audientia a S. Patre recepti sumus et communem imaginem photographicam pa-

ravimus. Resolutiones conventus postea approbatae sunt a Pontif. Commissione pro Russia et in Ephemeride „Благовѣстъ" satis tarde publici iuris factae sunt.

Inter resolutiones fuit etiam una, quae dicebat ut „Благовѣстъ" unoquoque mense prodiret. Post conventum ego secretarii Praesid. Pont. Commissionis pro Russia et praeventivum expensarum proposui, instanter asserendo tunc solummodo ephemeridem prosperare posse et influxum exercere si scriptoribus remuneratio datur. Praeses consentiebat, sed postea sententiam suam mutavit ita, ut insisteret pro editioni „Благовѣстъ", remunerationem vero scriptorum negaret. Ego

praedicabam pensionem scriptorum et electionem eorum materiam. Eppus d'Herbigny docebat sequendum esse exemplum cleri gallici, qui nihil pro scriptis requirit. — His in conditionibus eppus d'Herbigny mihi imponebat quidem officium ad ephemeridem bene constituendam, sed media necessaria negabat.

Finem anni 1930, nempe a die 20 decembris ad 2 ianuarii 1931 transegi in insula Capri in villa Hobi-s obique ultimam partem operis mei „Katalikų Tikyba" scripsi:

Anno 1931 imponebantur mihi varii labores a Pontif. Commissione pro Russia. Inter eos fuit collectio bibliographiae russicae, quae utilis posset esse omnibus iis, qui in campo missionum russicarum laborant. Limites huic operi impositi fuerunt tales, ut accurata executio operis fieret impossibilis. Post aliquot ~~menses~~ hebdomadas laboris una cum sacerdotibus Hospitii Russi peracti praesentavi Commissioni plus quam 500 schedulas bibliographicas. Praeses vero Commissionis eas sacerdoti Deubner tradidit. Hic autem nullam curam earum egit.

Ad comparandos sumptus pro „Благовѣстъ" necessarios quidam d-nus Giuseppe Viviani proponebat 400.000 liras sub conditione, ut ipse comes a Summo Pontifice crearetur. Ego retuli rem episcopo d'Herbigny, rogans, ut mihi diceret, sitne res possibilis an non. Praeses Commissionis pro Russia

post aliquot dies respondit rem esse possibilem, sed opportere inquirere in personam ipsius Viviani. Mihi impositum est officium colligendi de eo notitias.

Mense Martio impositum est mihi officium eundi Berolinum ad celebranda ibi officia ritus orientalis in ecclesia huic ritui dicata. Additum est etiam officium redire per Mediolanum et ibi inquirere in Josephum Viviani.

Die 30 martii 1931 profectus sum Berolinum et adveni die 1 aprilis. Feriis V, VI et Sabbato Maioris hebdomadae, nec non nocte Resurrectionis solemnia officia ritus orientalis in ecclesia SS Cordis Jesu Lützowstrasse 1 celebravi.

Diebus vero 7 et 8 aprilis ibidem Berolini sessionem plenariam Consilii Generalis CC RR Marianorum habui. Post sessionem R-mus P. Bronikowski profectus est in Poloniam, Rev-mus vero Kriščiukaitis mecum venit Romam.

Antequam rediissemus in Urbem stationem fecimus Mediolani. Ibi secreto colligebam notitias de d-no Viviani. Inter alios adii etiam Superiorem Domus Societatis Jesu, quia penes eam educabatur filius domini Viviani. Nescio quam ob causam ab eodem Patre Superiore humiliatus sum. Adii etiam canonicum Soldini et eo mediante caeteros colligebam notitias, easque omnes retuli Eppo d'Herbigny nihil dicens de humiliatione mihi data.

Notitiae omnes fuerunt

favorabiles Josepho Viviani. Quidam laicus d-nus Capri satis assidue me sequebatur et ideo impediebat notitiarum collectionem. Cum quadam vice ad vitandam eius vigilantiam eum solum reliquissem, ipse quasi ridendo mihi dixit, me esse „un agente di publica sicurezza". Ego etiam ridendo gratias ei egi pro laude mihi praestita.*

Dominicam Quasimodo Romae transegi, tamen brevi post una cum patribus M. Gordillo S.J. et Josepho Schweigl S.J. profectus sum Syracusas ad „settimana orientale", quam ordinavit archiepiscopus Carabelli. Ibique aliquot diebus mansi.

Die 18 maii 1931 an. profectus sum in Americam ad visitandam

ibi provinciam CC RR Marianorum. Propter negotium Viviani una cum advocato Ciccarelli stationem feci Mediolani. Ibi debuit esse creatio filialis societatis ad cultum S. Nicolai promovendum. Hunc ad finem in aula universitatis Catholicae facta fuit coadunatio. Ex modo procedendi huius coadunationis manifestum fuit auctoritates archidioecesanas Mediolanenses non favere operi. Hac vice Eminentissimum Cardinalem Schuster non vidi, sed in anteriore meo adventu Mediolanum rem domini Josephi Viviani ei patefeceram generalibus verbis.

Festum Pentecostes 1931 Parisiis transegi. Cum pro Rectore vicerectore et quibusdam professoribus Instituti Catholici Parisiensis collocutus sum de studiis sacerdotis Tsebrikoff. Ex colloquio patent studia ista fuisse omnino neglecta ab ipso initio scilicet a mense octobre 1930 an. De hac re locutus sum cum sacerdote Tsebrikoff qui satis impatientem se hac in re monstravit et ad communiter dicendam Liturgiam sacram non venit.

Die 25 Maii profectus sum Londinium ibique visitavi Dnum comitem Georgium Bennigsen adfui adunationi societatis S. Joannis Chrysostomi, quae statuit dare subsidium pro „Blagovest". Cum eminentissimo Archiepiscopo Westmonasteriensi locutus sum de parochia lituanorum S. Casimiri (21 The Oval Hackney Road), visitavi etiam aegrotum parochum Casimirum Matulaitis et promisi ei adiutorium iunioris Casimiri Matulaitis.

Die 28 Maii 1931 profectus sum in Southampton et ascendi navem, ~~quae~~ „America", quacum veni Neo Eboracum die 5 iunii.

Iuxta directionem ab eppo d'Herbigny datam adii cardinalem Hayes, sed dictum est mihi eum proficisci debere ad benedicendam quandam ecclesiam. Rogavi ut reciperer ab uno ex suis Vicariis generalibus, sed receptus sum

a d-no Hamleto Cicognani, qui in aedibus archiepiscopalibus New Eboraci tunc hospes morabatur.

Iuxta consilium eiusdem ep.pi d'Herbigny profectus sum Washington D.C. ad Delegatum Apostolicum et bene ab eo receptus sum, eique promisi iterum redire.

Profectus sum in Thompson Conn. et vidi nuper emptam villam CC RR Marianorum, in quam Collegium transferri debuit.

Die 12 iunii adveni Chicagiam et ~~stat~~ volui recipi a Cardinale Mundelein, sed non sum receptus. ~~Ac~~ Volui admitti ad suum episcopum auxiliarem Scheil, sed mihi dictum est eum esse in sua residentia privata. Immediate adii residentiam privatam et mihi dictum est eum

esse in Chancery Office, unde ego veneram. — In hoc Chancery Office post satis longam expectationem receptus sum a quodam iuniore sacerdote, qui potius libertatem suam quam honorem meum curabat in conversatione. Tamen ipse promisit mihi ope telephoni indicare quandonam Excellentissimus Mundelein me recipere possit. Per totam hebdomadam commorationis meae Chicagiae haec notitia non venit.

Die 13 iunii parochus ecclesiae S. Antonii Cicero Ill. qui me invitaverat ad [illegible] solemne in sua ecclesia [illegible] vitationem suam. Eodem tempore parocho lithuanorum S. B. M. V. Vilnensis dictum est ex cancellaria

CC
colle-

gianum
nale
aptus.
iscopum
dictum
in pri-
ationem
est cum

Mundelein me recipere posset.
Per totam hebdomadam com-
morationis meae Chicagiae
haec notitia non venit.

Die 13 Maii parochus Ecclesiae
S. Antonii Cicero Ill. qui me in-
vitaverat ad officium solemne
in sua Ecclesia revocavit in-
vitationem suam. Eodem tempore
parochus lituanorum SS. ... v. Vilnen-
sis dictum est in cancellaria.

archiepiscopali mihi permitti solam Missam lectam. Omnia ista facta sunt brevi post adventum d-ni Giorgnani Chicagiam.

Die 19 iunii adii Milwaukee ad tractandam quaestionem parochiae lituanorum Kenosha Wis. Archiepiscopus non fuit domi; locutus ergo sum cum suo vicario generali d-no Traudt, eique dixi nos Marianos semper esse paratos ad reliquendam eam parochiam modo Ordinarius Loci convenientem sacerdotem se habere dicat. Declaratio haec procurata fuit actione d-ni Garmus.

Die 21 iunii adii Pittsburgh et locutus sum cum episcopo Takač in residentia sua. Adii episcopum latinum et ab eo

minus cordialiter receptus sum quam ante tres annos, quando adhuc ritus latini fui.

Die 22 iterum adii Washington D.C. eique in domo Marianorum habitavi. Domus Marian. gentis polonae fuerunt convocati ad universitatem catholicam primus [illegible] minus; tamen duo non convenerunt. Igitur convocatio iterata est ad mensem septembrem.

Ex-mus Delegatus Apostolicus hoc officium imposuit, ut [illegible] inquirendi in [illegible] [illegible] [illegible] Kasmakam, [illegible] S.J. et Barnabam [illegible] N.Y. —

Post [illegible] in America [illegible] tempore [illegible]

minus cordialiter receptus sum quam ante tres annos, quando adhuc ritus latini fui.

Die 22 iterum adii Washington D.C. ibique in domo Marianorum habitavi. Omnes Mariani gentis polonae fuerunt convocati ad visitationem canonicam [illegible], tamen duo non convenerunt. Igitur convocatio iterata est ad mensem septembrem.

Ex-mus Delegatus Apostolicus hoc officium imposuit, ut [illegible] inquirendi in sacerdotem haeterodoxum [illegible] Kasmakam, Elizabeth N.J. et Barnabam Skierbroski N.Y.—

Postea [illegible] variae [illegible] Marianorum in America administrationem. Tempore autem [illegible] [illegible]

Thompson Conn.

Die 10 iulii 1931 relationem scrip-
si de Michaele Kaimakan et Washing-
tonium misi ad Delegatum Apostolicum.

Thompsonii revidebam scriptum
meum 1909 vulgatum sub titulo „Šv. Pa-
nelės apsireiškimai Liurde" et quan-
dam editionem praeparabam. Res
satis feliciter successit, nam libri
recentiores de hac materia anno
1930 a me collecti iam fuerunt
missi Thompsonium.

Die 6 augusti adii Neo-Eboracum
et locutus sum cum Barnaba Skin-
kushka nec non cum meo fratre
adoptivo Vincentio Nadoni. Collo-
quium istud notavi in itinere pro-
grediendo in urbem Detroit. Exin-
de iterum veni Chicagiam, Ma-
rian Hills, Rockford, Kenosha, She-
boygan, Milwaukee. Haec fuit

ultima visitatio huius regionis an-
no 1931.

Die 8 septembris fuit solemnis
inauguratio domus et collegii
Marianorum Thompson Conn.
Plurimi sacerdotes et laici ad-
fuerunt solemnitati.

Statim eadem die profectus
sum Washingtonium ibique
Delegato Apostolico tradidi
relationem de Barnaba Skin-
kushka. Collocutus sum cum
R-mo Patre Edmundo Walsh,
vice-rectore universitatis in George-
town. Vidi etiam Delegatum
Apostolicum in Sinis Ex-mum
D-num Constantini.

Die 11 septembris 1931 officialis
erectio domus Marianorum Wa-
shingtonensis, sine solemnitate
externa.

Redii Neo-Eboracum et locutus sum cum sacerdote heterodoxo Paulo Mitaroki et Basnola Skinhenko. Adii R.P. Lafarge et Mgr. Lavelle cum quibus locutus sum de missionibus inter Russos Americae.

Ultimam hebdomadam transegi Thompsonii Conn. die vero 23.IX. 1931 cum nave „Bremen" una cum R.P. Josepho Vaitkevičius M.I.C. profecti sumus in Europam. Die 28.IX advenimus Parisios, ubi novi epistolam eppi d'Herbigny praesentiam meam Romae esse desiderabilem. Itaque simul cum patre Vaitkevičius profecti sumus Romam.

Primis diebus octobris adivimus Montalto, ubi studiosi CC RR Mariani ferias aestivas transigebant.

Exercitia spiritualia sacerdotum Russorum catholicorum h. a. fieri debuerunt in monasterio Solesmes 14-19 octobris, quapropter statim redii Parisios una cum sacerdote Denbuer et inde profectus sum in Solesmes. Ego solus praedicabam omnia ista officia exercitia, sed sacerdotes sine me recitabant horas matutinas et vespertinas. Aderant omnes excepto Tzebrikoff. – Gumu. Grzegorzewski aderat, sed ante finem exercitiorum exiit ex iis, provocans satis dolorosos sensus. Diaconus Bielski fuit invitatus, sed apparuit nonnisi pro die Dominica. –

Die 21 redii Parisios, invitavi diaconum ad coenam; ipse tamen venit 1½ hora tardius,

quam visitatum ei fui tempus.

Parisiis collocutus sum cum Zenaida ~~Slat~~ Slatova et sua socia. Utraque enim vitam religiosam profitebantur. Ex colloquiis earum concludere debui modum dirigendi eas esse satis singularem. Adii sacerdotem directorem earum, sed fere nihil ex eo discere potui: Earum societati sese adiungere voluit Eugenia Koslauskaite, quae erat in Lituania.

Cum ego Romam rediissem, sub finem mensis octobris Romam venit et Eugenia Koslauskaite quae novitiatum inchoavit die 28 octobris 1931 apud Congregationem Sororum Sacrae Unionis Cordium Iesu et Mariae, 20 via Ostiana, Romae in villa dicta S. Teresia di Bambino Gesù.

Anno 1931 die 10 decembris inchoavi et die 20 eiusdem mensis finivi mea exercitia spiritualia in domo Exercitiorum Spiritualium Romae ad viam dei Penitenzieri sub directione Patrum de Societate Jesu, scilicet R.P. Marchetti.

Anno 1932 infra octavam Paschatis fuit longissima sessio Consilii Generalis CC RR Marianorum. Revmus B. Skrinda non adfuit, caeteri autem omnes erant praesentes. Statutum est emere domum Romae positam in angulo viarum dei Appennini et Corsica. Proprietaria domus fuit vidua

Maria Busi. Pretium conventum est 850.000 librarum italicarum. Domui incumbebat debitum, cuius summa detracta est de totale valore domus. Ad signandum contractum definitivum opportuit expectare initium mensis iunii, nam exeunte mense maio filia viduae Busi minima natu, quae etiam iura haereditatis in domum habebat, attingit aetatem 21 anni absoluti et sic valide potuit signare contractum venditionis.

Praeterea empta est pars horti 1036 metrorum quadratorum. Pro singulis metris quadratis solutum est pretium

200 librarum italicarum. Proprietariae horti fuerunt sorores ordinis S. Birgittae, quarum proprietas immobile adiacebat domui Busi, emptae a Marianis. Inter partem horti cessam Marianis et partem remanentem in usum sororum constructus est murus, cui superposita est craticula ferrea ferreis quoque laminis cooperta.

Documentis emptionis venditionis signatis ego profectus sum Dublinum in Hibernia ad participandum in Congressu Eucharistico internationali. Domicilium habui apud patres Societatis Jesu in confiniis urbis. Praelectionem de cultu Eucharistiae in liturgia S.

Joannis Chrysostomi et S. Basilii, quam potente comite Henrico de Janville praeparatam habui pro sectione orientali, non legi in ea, sed retuli in substantia in sessione sectionis lituanae. Haec sectio conveniebat in aedibus universitatis, cuius rector honoravit sectionem lituanam praesentia sua.

Redeundo substiti Londinii in Anglia apud parochum lituanorum, qui fuit membrum Congregationis nostrae. Ipse vocabatur Ladislaus Mažonas-Mažonavičius. Parochia ista erecta fuit circa an. 1902 a sac. saeculari Casimiro Matulaitis, qui an. 1931 gravis-

simo morbo afflictus amplius eam administrare non potuit. Congregatio Marianorum dedit ei adiutorem nepotem Casimirum Matulaitis, M.I.C. iuniorem. Hic tamen locum cessit Ladislao Mažonas.

Londinio profectus sum Mancunium (Manchester) ad videndam causam ecclesiae S. Casimiri, nam assessor S. Congregationis Orientalis Hamletus-Joannes Cicognani scriptis rogaverat. Mancunii paucas horas transegi et nonnisi episcopum loci vidi. Multas tamen notitias e variis fontibus acquisivi. Romam versus de ea re longum votum S. Congregationi

Orientali scripsi:

Romam redii ipso initio mensis iulii et inveni ad signandum praeparatos contractus cum ingeniere Gai et variis opificibus de reparanda domo nuper empta. Consilio Curiae Generalis statuit reparationes non debere excedere summam 137.000 lirarum italicarum. Procurator Generalis C. Reklaitis designatus est ad signandos contractus et inspiciendos labores. Ego adibam domum singulis diebus dominicis ad videndum quod durante hebdomada factum fuerit. Cum vidissem reconstructionem praeparari vastissima destructione, epistolam scripsi

R-mo P. Bronikowski - Vicario Generali. Ipse autem mihi respondit confidentiam esse habendam in Procuratore Generali. Ego etiam a multo iam tempore vidi sententias Vicarii Gen. et Procuratoris Gen. semper concordare. Hoc modo factum est, ut contra sententiam meam remuneratio ingineris Gai 8% totalium expensarum restaurationis assignata sit.

Dolore affectus sum quadam de Dominica, cum vidissem ad latus occidentale domus fossam profundam et latam factam esse. Paulo post in eadem fossa apparuerunt duo putei 8 metrorum profundi

103

D-nus Gai dicebat puteos debere esse tres et omnes debere muro impleri deinde vero arcis inter se et cum domo coniungi. Ego rogavi d-num Gai ut delineationem faceret omnium istorum laborum, quae non praevidebantur et compararet praeventivam summam expensarum. D-nus Gai desiderium meum non adimplevit. Procurator vero Generalis ex partibus d-ni Gai stetit. Fossa nihilominus hiabat aperta usque dum imbres autumnales venirent. Ego vero diebus Dominicis continuo maiores difficultates habui ad videndum opus reparationis, quadam autem die omnino non sum admissus a Pasquale, qui maxima confidentia Patris Procuratoris Generalis gaudebat ne minimo quidem verbo ab eo vituperatus est propter malam erga me rationem agendi.

Consilium Generale Romae residens tribus constabat membris Rev-mis Casimiro Bronikowski, Casimiro Raklaitis et me. Cum illi semper concordes fuissent, mea praesentia in Consilio inefficax fuit.

Nihilominus non consensi proposito construendi ecclesiam, quae a platea dei Appennini pertingerat ad

aediculam minorem. Tria putea muro impleta et arcis coniuncta requirebantur ad fundamenta huius ecclesiae secura reddenda. De hac ecclesia construenda multoties mihi loquebantur R.P. Reblaitis et d. Gori. Ego semper cathegorice resistebam, et res non pervenit ad Consilium Generale.

Loco ecclesiae construenda est „collegamento" inter domum principalem et aediculam minorem. Hac constructione domus aucta est uno cubiculo et appendice ad refectorium; expensae autem factae sunt enormes, circa 250.000. Constructio vero perrime facta est, nam plu-

via penetrat abundanter ubique.

Nescio quomodo apparuit necessitas immunditias domus ope longissimi canalis ex pariete, adiacente plateae dei Appenini ducendi ad viam Corsica. Constructio huius canalis provocavit expensas circiter 13.000 librarum.

Sine permissione Consilii Generalis, contra expressum praeceptum meum institutum est frigidarium et solutum est pro eo 15.000 librarum.

Muri tamen domus utriusque et „collegamenti" manserunt non cooperti calce nec in ordinem redacti.

Exercitia spiritualia peregi in domo balneari Terme Appollinariae, quae a monialibus religiosis administratur prope oppidum Vicarello ad litus lacus Braciani. Exercitia ista incepi die 4 absolvi vero 11 augusti.

In decursu secundae hebdomadae octobris inopinate Romam rediit sacerdos Alexander Deubner, qui initio aestatis profectus fuerat Leopolim. Mirabantur quidam, quomodo ipse permissionem gubernii poloni, seu „visum" proficiscendi in Galitsiam accepisset, quando mihi permissio ista negabatur, licet officio tenerer visitandi domos Congregationis nostrae in Polonia positas. Deubner

antequam in Poloniam abiisset dicebat consulem Poloniae a se corruptum fuisse lauto prandio ei parato. Consul tamen non puniebatur propter „corruptionem". Sacerdos Ladislaus Lewandowski M.I.C., qui in cancellariis politicis Poloniae acceptissimus est, dixit mihi documenta quaedam, a me condita, ex cancellaria Pontificiae Commissionis pro Russia furata fuisse ab exploratoribus gubernii Poloniae. In ea Commissione unum solum documentum fuit a me factum, quod Poloniam respicere potuit, nempe relationem meam de meo colloquio cum d-no Janikowski, primo consiliario Ambassadoris Poloniae

penes S. Sedem Apostolicam. Relatio haec a me confecta ab Alexandro Deubner fuit typis transsumpta.

Die, nisi fallor, 10 octobris in colloquio pomeridiano ego exprobravi Alexandro Deubner eum non prandio consulem Polonum corrupisse, sed traditione documenti secreti, sibi a me scripti, sibi ingressum in Poloniam procurasse. Deubner valde commotus fuit colloquio isto et dicebat documentum istud ab aliis ei tradi potuisse. Ego respondi solummodo tres personas notitiam documenti habuisse, nempe me, A. Deubner et episcopum d'Herbigny. „Cum contra episcopum d'Herbigny suspicio move-

non possit, ideo nemo nisi tu potest esse reus" dixi Alexandro Deubner. Ipse valde commotus asserebat se magno affectu erga me ferri, salutem vero propriam non desperare et in orationibus meis fiduciam habere.

Abiens ex cubiculo meo A. Deubner immediate profectus est ad episcopum d'Herbigny hora circiter 5 p.m. Crastina die ep-pus d'Herbigny mihi dixit Alexandrum Deubner reapse venisse ad praesidem Commissionis pro Russia et hora 6 p.m. profectum fuisse Parisios cum quadam muliere.

Brevi post ephemerides polonae et post eas ceterae

Porro etiam debui videre et pacare motus schismaticos in duobus dioecesibus ritus orientalis nempe Philadelphiensi et Pittsburghensi. Ad primum scopum attingendum habui documenta clara et instructiones. Secundum vero scopum S. Pater Pius XI mihi oretenus imposuit et nonnisi orali colloquio cum Cardinale Sincero de hoc opere instructus sum.

Antequam ad opus accederem ad Delegatum Ap. archiepiscopum Petrum Fumasoni-Biondi Washingtoniam profectus sum. Delegatus me optime accepit omneque adiutorium mihi spopondit in ordinanda missione

inter russos. De secundo scopo ipse tacuit. Unus vero auditor Paulus Marella clare dixit in materia ruthenorum et subcarpathicorum nihil adiuvare posse propter defectum documenti scripti.

Anno 1932 mense novembri missus sum in Status Americae Septentrionalis Foederatos, ut ibi missionem inter russos ordinarem. Litteras commendatitias accepi ad cardinalem Hayes et ad delegatum Apostolicum Petrum Fumasoni-Biondi. Officium meum fuit iuvandi episcopos in operibus eorum, quae dirigebantur ad convertendos russos. Omnes principales actus meos submittere debui Delegato Apostolico et cum scitu eius omnia agere. Conversi debebant ritum

quidem orientali manere, sed episco-
pis latinis subdi.

Praeterea impositum mihi erat
officium inspiciendi in turbas
schismaticos, quae produceban-
tur in duabus dioecesibus ritus
orientalis, nempe Philadelphi-
ensi et Pittsburghensi.

In Delegatura Apostolica in-
veni indicatum negotium cuius-
dam Vladimiri Alexandroff,
qui dicebatur archiepiscopus Alas-
censis et Aleutensis sub iurisdicti-
one Joannis Kedrovsky. Oppor-
tuit verificare documenta, quae
ipse habebat et videre eum. Prae-
terea Delegatura Ap. voluit, ut
adirem etiam S. Francisco et
Los Angelos. Agente Delegato
Apostolico archidioecesana socie-
tas Propagandae Fidei in Chica-

go procuravit mihi round trip
ticket: Chicago-Seattle-S. Francis-
co-Los Angeles-Chicago et lec-
tulum in curru Chicago-Portland.
Ad videndum cardinalem Mun-
delein non sum admissus. De
missione mea locutus sum cum
suo ep-po auxiliari Sheil et
die 24.I.1933 incepi iter longum.
Die 27.I.1933 adveni Seattle, vidi
Alexandroff et examinavi docu-
menta sua. Ex istis patuit eum
esse valide ordinatum diaconum
et sacerdotem, consecrationem
vero episcopalem non accepis-
se, sed inde ab an. 1924 admi-
nistratorem „archidioeceseos" sup-
positum fuisse et an. 1925 a Syno-
do Moscoviensi nominatum fu-
isse archiepiscopum eiusdem
dioeceseos. Ipse mittebatur in

Russiam, ut ibi consecraretur. Ipse tamen in Russiam non ivit. In Seattle adii administratorem dioecesos, catholicae, rev. prael. Noonan, rectorem ecclesiae cathedralis prael. Stafford et Iuo. Vladimiro Alexandroff infensos sacerdotes in[illegible]dos. Locutus sum et cum laicis lituanis, praesertim cum iudice Casimiro Krančiunas, qui utitur nomine Kazys Kay, qui Vladimirum Alexandroff personaliter noverat. De moribus istius Alexandroff nihil mali audivi.

Ad evitandam occasionem vituperiorum propter connexionem Alexandroff cum Kedrovsky et huius cum communistis, sex composui quaestiones, quibus relatio Alexandrovii ad communismum et ad patriarchatum Moscoviensem clarae redderentur. Has quaestiones Delegatus Ap. in aedibus delegaturae Washingtonii D.C. proposuit Alexandrovio respondendas. Officialis notarii munere in hac interrogatione fungebatur R.P. Geraldus Shaughnessy et Congregatione Maristarum, qui aliquot mensibus post, nempe 19 septembris 1933, consecratus est episcopus Seattlensis. Responsa Alexandrovii inventa sunt a Delegato Ap. omnino satisfactoria. Tunc Alexandroff legit formulam professionis fidei pro Russis praescriptam ab Ap. Sede et consensum unconditionatum exposuit. Suggerante Delega-

Russiam, ut ibi consecraretur. Ipse tamen in Russiam non ivit. In Seattle adii administratorem dioecesis, latinae, rev. praed. Noonan, rectorem ecclesiae cathedralis praed. Stafford et dno. Vladimiro Alexandroff infensos sacerdotes vidi. Locutus sum et cum laicis lituanis, praesertim cum antiquo Casimiro Krančiunas, qui aliter nomine Krizys Kay, qui Vladimirum Alexandroff personaliter noverat. De moribus ipsius Alexandroff nihil mali audivi.

Ad evitandam occasionem vituperiorum propter connexionem Alexandroff cum Kedrovsky et huius cum communistis, sex composui quaestiones, quibus relatio Alexandrovi ad communismum et ad patriarchatum Moscoviensem clarae redderentur. Has quaestiones Delegatus Ap. in aedibus delegaturae Washingtonii D.C. proposuit Alexandrovi respondendas. Officialis notarii munere in hac interrogatione fungebatur R.P. Geraldus Shaughnessy, ex Congregatione Maristarum, qui aliquid mensibus post, nempe 19 septembris 1933, consecratus est episcopus Seattlensis. Responsa Alexandrovi inventa sunt a Delegato Ap. omnino satisfactoria. Tunc Alexandroff legit formulam professionis fidei pro Russis praescriptam ab Ap. Sede et consensum inconditionatum expressit. Suggerente Delega-

ta Ap. officialis receptio Alexandrovi in Ecclesiam debuit fieri Romae. Sed Ep-pus d'Herbigny telegrammate respondit Alexandrov'um debere manere in America.

Joannes Hedwoshy die, nisi fallor, 3 martii 1933 venit ad videndum me in domum 184 East 76-th str. New-York, et omnino catholice loquebatur, dicens schisma orientale esse unanimi opus politicum graecorum, maximum russis, ecclesiam vero Christi iure divino regi deberi a successore Petri, cui summam potestatem Christus in Ecclesia concessit. Hedwoshy ex actis magnae synodi Moscoviensis an. 1917 legit coram me verba Bulgakov

ae unione cum Roma retinenda. Nihilominus idem Hedwoshy, cum rescivisset Alexandrov'um iam declarasse suam voluntatem transeundi in unionem cum Roma, eum excommunicavit.

Ne igitur Alexandroff in conditione vagabundi relinqueretur, ego cum P. Thompson convenimus. Nihilominus antequam ipse ex Seattle rediret, instituta et habitatio conversorum et convertendorum in Graymoor prope Garrison in Statu New-York, ibique collocatus est Alexandroff.

Die 4 iunii 1933, quae fuit Dominica Pentecostes, eum in sinum Ecclesiae accepi.

Ad cognoscendas res ducum ecclesiasticorum orientalium

aliquoties habitavi Philadelphiae et Pittsburghi. Conditio utriusque dioeceseos admodum tristis apparuit, sed Pittsburghensis periculosior quam Philadelphiensis, ideoque longius Pittsburghi apud episcopum Takach habitavi. Studium societatum „Soyedinenye", quae origo malorum est, inducere in cessationem matrum schismaticorum. Consultatio durabat circa unum mensem. Exercitia spiritualia clero dioecesano praedicavi, sed ea minus breviora fuerunt, nempe 3 dierum et minor pars sacerdotum participavit. Longiora exercitia et repetitionem eorum cancellarius dioecesanus

Zatkovich non admisit.

Exercitia spiritualia octo dierum integrorum peregi cum tribus sacerdotibus contumacibus, sed contumacia eorum non est fracta.

Die 11 iunii 1933 in sinum Ecclesiae recepi apostatam Nicolaum Nawrocki, cui tamen Missam dicere non permisi.

Die 14 iunii ascendi navem „Aquitania" et descendi Cherburgi. Uno die transacto Parisiis die 23 iunii redii Romam.

De itinere meo Sed. Apostolicae scripsi quatuordecim relationes. Ultimae earum exaratae sunt Romae: una ante diem 15 iulii, aliae vero mensibus augusto et septembre.

Tres relationes scripsi
S. Congregationi Orientali;
quarum una habuit 98
paginas et 18 additamen-
ta. Solum originale huius
relationis exstat in archi-
vo huius S. Congregationis,
ego autem nihil habeo.
Haec relatio tractabat de
Ordinariatu Pittsburghensi.
Altera relatio fuit de Jo-
sepho Zeuk, tertia de Or-
dinariatu Philadelphiensi.
Ceterae omnes relationes
datae sunt Pont. Commis-
sioni pro Russia, excepta
una, quae ex America di-
recte missa fuit Cardinali
Sincero.

Eodem anno 1933 die
16 iulii conconsecrator

fui episcopi Sergii Ter Abra-
mian, ritus armeni. Consecra-
tio fiebat in ecclesia armena
S. Nicolai Tolentini Romae.

Eadem die 16 iulii vespere
inchoata sunt exercitia spiritu-
alia, quae initium fuerunt
Capituli Generalis Ordinarii
Congregationis CC RR Ma-
rianorum. Die 19.VII electus
fuit 12 vocibus, ex 15 votan-
tibus, praepositus generalis;
sed S. Congregatio pro Reli-
giosis declaravit Sedem Apo-
stolicam mea ad alios la-
bores opus habere. Itaque
electus est novus successor
Andraeas Cikoto.

Ne pausam Marianorum
frustra concederem, exercitia
spiritualia duobus fratribus

laicis, rogante superiore domus Romanae, praedicavi a die 11 ad 20 augusti. Fratres isti fuerunt Leo Krasankas et Casimirus Dobilevicius. Paulo post rogatus sum mense ~~in~~ septembre praedicare exercitia spiritualia etiam clericis Marianis in Vicarello, quod et feci diebus 6-15 septembris.

Mense augusto ep-pus M. d'Herbigny insistebat, ut irem in Harbin, Shanghai et Tokio transmeando Russiam Communisticam. Ego asserui praesidi Pont. Commissionis pro Russia me esse paratum ad iter, sed viam Siberianam non esse securam propter ten-

sionem militarem et politicam, quae existebat inter Russiam et Japoniam, meam vero personam esse communistis suspectam. Multi, inter eos et Praepositus Generalis Societatis Jesu Vladimirus Ledóchowski censebant viam Siberianam esse vitae meae periculosam. Ego vero aliquatenus credidi eis, sed censui post annum sexagesimum aetatis mortem uno aliove modo esse vicinam, mortem autem violentam e manu carnificis non esse atrociorem quam mortem ex morbo laetali. Nolui quidem periculo imprudenter me exponi, sed obedientiam non censui esse imprudentiam. Rogavi tamen Deum ne permitteret mihi tormenta duriora quam ea, quae parvis viribus meis subiri possent sine periculo labendi

in peccatum contra fidem.

Insistente praeside P. Commissionis pro Russia die 3 septembris 1933 rogavi consulem Russiae Romae, ut mihi permissionem daret transeundi Rempublicam Communisticam, sed usque ad diem 3 octobris permissionem hanc non accepi.

Interim mutata est mens Commissionis pro Russia et iussus sum inquirere in naves, quae irent in Shanghai via maritima. Nihilominus et haec mens subito mutata est: nos enim sumus quantotius proficisci in Americam.

Commissio hac vice dedit mihi 7 milia librarum italicarum et instructiones meras, in quibus dicebatur me ab omni introductionis

abstinere debere et nullam dare occasionem ex qua suspicio oriri possit me negotium visitatoris apostolici agere.

Die 5 octobris a Beatissimo Patre in audientia longissime receptus sum. Die 7 octobris profectus sum Neapolim, ubi ascendi navem „Vulcania", cum qua die 19 octobris 1933 in portum Neo-Eboracensem (New-York) appuli et in civitatem descendi.

Die 20 veni in Graymoor, prope Garrison, N.Y., ubi Vladimirum Alexandroff non inveni, ipse enim absens fuit. Die 21 octobris perveni Thompson, ibique Dominicam 22.X transegi et rogavi Delegatum Apostolicum Archiepiscopum Cicognani, quando ad

cum videndum Washingtonium adire possim. Responso accepto die 23 profectus sum in urbem Americae capitalem, apud CC RR Marianos 721 Lawrence str N.E. noctem transegi et 24 octobris duo colloquia cum Delegato Ap. habui; cui exemplar instructionum nostrarum reliqui.

Eodem die locutus sum cum R-mo P. Edmundo Walsh S.J. in Georgetown.

In colloquiis praecedentibus cum Delegato Ap. accepi iurisdictionem domesticam in nostros singulos Graymoor.

Eodem 24.X profectus sum in Chester, Pa., ubi noctem transegi. Die 25.X fuit consecratus episcopus Ryan rector Universitatis Catholicae Washingtoniensis

et cardinalis Hayes non fuit domi. Ipse rediturus erat 27.X. Ego igitur profectus sum in Graymoor. Die 28.X adii palatium cardinalitium 450 Madison ave New-York. A secretario invento sacerdote Casey humaniter receptus sum, sed ad Eminentissimum non sum admissus. Sac. Casey promisit mihi audientiam pro fine hebdomadis sequentis.

Ego igitur profectus sum Boston Mass., ubi duas noctes transegi apud parochum lituanum S. Petri, 50 W. Sixth st. South Boston. Deinde adii superiorissam provincialem congregationis Notre-Dame, quam rogavi, ut puellas nostras gratis admitteret in scholas congregationis medias. Provincialem non

sum videndum Washingtoniam venire possim. Responso accepto die 23 profectus sum in urbem Americae capitalem, apud CC RR [illegible] 721 Lawrence str N.E. noctem transegi, et 24 octobris diu colloquia cum Delegato Ap. habui, cui exemplar instructionum necnon omnium reliqui.

Eodem die locutus sum cum R-mo P. Edmundo Walsh S.J. in Georgetown.

In colloquiis pomeridianis cum Delegato Ap. accepi iurisdictionem domesticam in nostros religiosos Graymoor.

Eodem 24-X profectus sum in Chester, Pa, ubi noctem transegi. Die 25-X fuit consecratio ep-pi Ryan rectoris Universitatis Catholicae Washingtoniensis

of cardinalis Hayes non erat domi. Ipse rediturus erat 27 X. Ego igitur profectus sum in Graymoor. Die 28 X adii palatium cardinalitium 450 Madison ave New-York. A secretario iuvene sacerdote Casey humaniter receptus sum, sed ad Eminentissimum non sum admissus. Sac. Casey promisit mihi audientiam pro fine hebdomadis sequentis.

Ego igitur profectus sum Boston Mass., ubi duas noctes transegi apud parochum lituanum S. Petri, 50 W. Sixth str South Boston. Deinde adii superiorissam provincialem congregationis Notre-Dame, quam rogavi, ut nullas unas pro... admitterent in scholis congregationis mendicas. Provincialem non

inde et responsum non clarum accepi.

Iisdem profectus sum ... ad praepositum provincialem Societatis Jesu et promissionem accepi pro tribus pueris in tribus institutis huius provinciae educandis.

Adii et provincialem Marianorum 25 Isabella, a Provinciale ipse non fuit domi. Procurator autem, qui me recepit non potuit clarum dare responsum.

Die 30 vespere adveni Neo-Eboracum, pernoctavi apud R. D.num J. Jšotkas 32 Dominick str. et 31 adii Snapneoor. Alexandroff domi fuit.

Die tamen 3 XI ipse profectus

adveniens [illegible] clarum destinationem. Miratus sum audiens ab eo [illegible] te [illegible] nominum non [illegible] mos gravi tribus diebus.

Die 7 XI accepi epistolam Delegati Ap. in qua gravia contra Alexandroff movebantur. Statim eadem die respondi excelmo Delegato.

Die 6 XI 1933 profectus sum Neo-Eboracum et satis longe exspectavi in palatio cardinalitio adornatum capellanum, nempe rev. Casey. Ipse fuit in ecclesia. ~~[illegible]~~ Tandem ipse advenit portando vestes sacerdotales sutas in sua manu dextera. Ad salutandum me ipse non censuit necessarium ~~[illegible]~~ vestes manu deponere, sed manum sinistram mihi porrexit. Deinde ipse asseruit se non posse

mihi audientiam apud Eminen-
tissimum obtinere, et enume-
ravit aliquot Congregationes
Sacrorum quas Cardinalis addi-
tus est.

Ego dixi mihi a Rev. Vicario
generali episcopo Deum [illegible]
fuisse omnes causas [illegible]
[illegible] Eminentissimo per-
sonaliter esse reservatas.
Ille tamen nihil iuvit me
ad audientiam obtinendam.
Tunc ego dixi me nihil aliud
facere posse nisi adire Vica-
rium-generalem. Joannes Casey
non dixit quidquam, sed manu
sinistra me abeuntem salutavit.

Immediate profectus sum
in Cancellariam Archidioecesa-
nam. Ibi inveni Vicarium gene-
ralem, cui casum Alexandroff

exposui. Vicarius generalis dixit se
nihil a Eminentissimo de [illegible] re
audivisse. Ego dixi me non posse
ullam iurisdictionem [illegible] exerce-
re [illegible] est aliquid agendum
contra Alexandroff nomine Ar-
chiepiscopi Ordinarii [illegible]
debere. Vicarius generalis [illegible]
[illegible] esse expectandum
usque ad feriam IV sequen-
tem.

Tunc ego profectus sum ad
R. P. Pelletier, 1846. 76th St. [illegible]
[illegible]
[illegible]
Alexandroff. Pelletier [illegible]
nihil [illegible] participa-
tione Alexandroff [illegible]
cum [illegible] parata
tamen [illegible]
[illegible]

titios in World Telegram de Alexandroff fuisse inspiratos, qui hunc ephemeridi subpeditavit imaginem photographicam ecclesiae missicae Kijoviensis.

Post colloquium cum Pelletier locutus sum cum R.P. Corbet S.J. qui bona de Barnaba, mala de Alexandrof locutus est.

In statione viae ferreae inveni Barnabam Skiukushm, cui exprobravi anonymam epistolam contra Alexandrof scriptam superiori Capucinorum in Garrison. Sermo Barnabae valde inconstans fuit. Ipse non potuit affirmare suam principalem directionem, nempe excommunicationem Alexandroff a schismaticis factam ante-

quam praeparatio transitus Alexandroff in catholicismum.

Vespere hora 5, nov 27 redii in Peekskill et Graymoor. Alexandroff adhuc absens fuit.

Die 8 nov. iterum profectus sum Neo-Eboracum. Vicarius Generalis dixit se colloquium cum card. Hayes habuisse, dixit se audiisse sermonem inter cardinalem et Delegatum Ap. non fuisse de communicatione in divinis, sed de inconveniente assistentia Alexandrof in funeralibus Appollinaris.

Eadem die visitavi Fordham University, sed R.P. Provincialem S.J. non inveni. Defuit et rector universitatis. Locutus sum cum ministro domus, qui mihi dixit Superiorem Provincialem nunc esse Philadelphiae usque ad finem hebdomadae mansurum.

Die 9.XI.1933 profectus sum in Newark

ad colloquendum cum episcopo Thoma Walsh de pecunia promissa ad usus Missionis Cath. russorum. Per telephonium rogatus Ep-pus promisit indicare horam colloquii, sed non indicavit usque ad h. 3 p.m. Tunc profectus sum in domicilium, sed episcopum non inveni;

Eadem die profectus sum in Philadelphiam. Adveni vespere hora 7, pernoctavi apud Rev. Čepukaitis. Crastina die 10.XI.1933 visitavi Provincialem Jesuitarum, qui promisit accipere pueros russos in scholas provinciae suae, quae praeter Fordham et Georgetown sunt paucae.

Postea adii cancellariam archiepiscopalem et locutus sum cum praelato Lamb. Cardinalem Dougherty iam non inveni in curia. Item non inveni episcopum O'Hara in domicilio suo.

Post meridiem profectus sum Pitts-

burgum, ubi adveni hora circiter undecima ante mediam noctem. Pernoctavi apud rev. M. Karenas 2128 Jenkins Way. Crastina die 11.XI.1933 post hor 10 mane adii ep-pum Boyle, cui coram archiepiscopo Santa Fe exposui negotium missionis meae dicens Josephum Hurchak et Silam Tretjak mereri, ut reciperentur in scholam Cath., alios vero tres: Joannem Potrykown, Michaelem T.dik et Tkachenko esse non solum suspectos sed etiam periculosos.

Post meridiem 11.XI.1933 profectus sum Chicagiam, ubi adveni paulo post h. 10 noctis, pernoctavi apud Marianos 2327 W. 23 place. Die vero 12.XI visitavi Marian-Hills, superioritam generalem Sororum S. Casimiri in nosocomio, ceterasque sorores in domo generalitia, adii etiam [illegible] Antonium Nausedas, episcopum

Diebus 17-19 novembris scribebam responsa ad multas litteras, quae mihi me absente advenerant. Epistolae istae fuerunt: Ex-mo Dominico Tardini, Il-mo Philippo Giobbe, quondam subsecretario S. Congregationis Religiosorum, qui me invitabat venire in Cancellariam Romae, Rev-do M. Urbanavičius, Rev-do S. Žuravecky, Rev. G. Verchovsky, R-do A. Sabaliauskas S.S. et Em-mo cardinali Hayes in causa excommunicationis Alex Vladimiri Alexandroff.

Die 21 novembris 1933 in monasterio Franciscanorum Graymoorensi iam finita est adaptatio domus extra claustra positae ad usus Missionis Catholicae inter Russos. Ex cubiculo meo temporaneo ego transii in domum hanc nuper praeparatam. Transitum meum commentans d-no Vladimiro

Alexandrof, quem item ad transmigrandum invitavi. Ipse id facere renuit, licet cubiculum ipsi in domo restaurata melius meo servatum fuerit. Exinde ipse cessavit frequentare exercitia pietatis communia et cibos sibi in cubiculum adportari iubebat, ne nos videre cogeretur. Ego vero retuli Delegato Apostolico, qui telegrammate invitavit me ad veniendum in Washington D.C. Telegrammate accepto statim profectus sum Washingtonium et die 29 novembris colloquium cum Archiepiscopo Amleto Joanne Cicognani Washingtonii habui. Rogavi eum, ut pro Alexandrof alia habitatio destinaretur. Responsum negativum accepi, sed Delegatus Ap. Cicognani scriptum mihi dare promisit in quo

experimeretur praeceptum Vladimir
Alexandrof, ut mihi obediret.
Scriptum hoc actum non fuit. Ego
autem vivo verbo et scripto iussi
Alexandrof, ut ad me veniret die
2 decembris ad colloquendum. Ip-
se non venit et epistolam mi-
hi misit minitosam, in qua
monasterium Graymoorense
carcerem vocabat. Eadem die
ego, concommitantibus praeposi-
to generale R-mo Paul-James-
Francis et suo Vicario Generale
R-mo Michaele adii cubiculum
Alexandrof et ei declaravi ulte-
riorem occupationem istius cu-
biculi esse illicitam, ius au-
tem celebrandi Missam verbaliter
concessum cessare toto tempore
inobedientiae. Alexandrof pro-
misit crastina die abire ex Gray-

moor, sed non abiit. Die vero 4 de-
cembris accepit centum dollaros
a Patribus Graymoorensibus et
profectus est, non indicando, ubi-
nam vadat et spargendo verba
iniuriosa contra auctoritates
catholicas. Die 5 decembris
ipse colloquium habuit cum
Delegato Apostolico et deinde
coepit apud Sulpicianos
tum Washingtonii, tum Bal-
timore, Md. Adeundo R-mum
Paulum Sandalgi et R-mum
Patrem Eduardum Walsh mul-
ta mala de me locutus est.
Delegatus Ap. A.G. Cicognani scrip-
sit mihi datam sibi fuisse epis-
tolam Alexandrovii, in qua asse-
tor se ponebat, quaenam ex Ecc-
lesia Catholica exspectaret. Fere
eodem tempore in ephemeride

dioecesana „The Register" edit. [illegible] January 7, 1934 Denver Colorado apparuit notitia in Baltimore Md necrologica cum imagine Alexandrof [illegible], annuntians suum proximum iter in Romam et 14 [illegible] Russos „swinging to the Union" suâ [illegible] actione. [illegible] [illegible] Pont. Commissionem pro Russia interim reddidit.

Post obitum Alexandrof P. Grafmoor accepi epistolam sac. Pauli Sandalg, qui me ad festa natalia invitabat notitiam producens se [illegible] adiutoris carere. Ego consensi et venire promisi, credens sinceritatem intentionis.

Die 21 decembris profectus sum Neo-Eboracum. Post meridiem vo-

lui videre collegam meum ex seminario [illegible] sacerdotem Lithuanum Milukas, quem videre non potui in anteriore itinere meo Neo-Eboracum. Milukas venit ad me 8 h. vespere et sumpsit me secum in nosocomium S. Catharinae Brooklyn'i, ubi ipse est capellanus secundus.

Cum ibi pernoctaveram crastina die 22 dec. 1933 volui adire curiam Episcopalem Brooklyniensem in causa Kazanof. Etsi adventum meum annuntiassem una hebdomada antea, per telephonium magnam difficultatem habui stabilire horam colloquii cum officialibus. Quaecumque meo proposito impedimenta inveniebat, namque singuli officiales sacerdotes aut non respondebant, aut

dicebant se abfuturos esse. Tandem dixi me esse venturum hora 11 ante meridiem et expectaturum usque dum aliquis sacerdos inveniretur. Ita et feci. Paucis minutis ~~ante~~ post 11-am h. veni in curiam. Non fuit tamen necesse expectandi, nam cancellarius aderat. Ei exposui casum Kazarinof et promisi scribere relationem de eo.

Cum valedixissem cancellario, Milukas item me sequi voluit ad d-mum Remeika, sacerdotem Brooklynensem, apud quem d-num Kazarinof invenire sperabam. Iter fuit difficillimum propter praesentiam trium in cursu pro Iudaeis constructo.

Hora statuta veni ad domum parochialem sacerdotis Re-

meika. Paulo post advenit Kazarinof. Cum eo satis longam conversationem habui. Remeika potibus alcoholicis nobis hospitalitatem suam abundanter probavit, sed dixit prandium mihi dare non posse.

Sac. Joseph Simonaitis venit cum curru suo, ut me in domum suam adveheret. Milukas insistebat prandium esse sumendum in refectorio publico. Nihilominus d-nus Simonaitis curavit ponendi prandium immutato tempore, acceptans invitationem Milukas. Post finem prandii Milukas dixit se quidem posse solvere expensa prandii, sed in hoc casu non habiturum sufficientem pecuniam ad prendendum balneum, ~~[illegible]~~. hoc tamen

esse finem adventus sui in New-York. Ego solvi #2^{25} et profectus sum cum Simonaitis in Elizabeth N.J.

Amice exceptus pernoctavi ibi et bene nutritus h. 11 mane ascendi currum viae ferreae proficiscendo in Baltimore. Sandalgi acceperat meum telegramma in quo indicatum fuit tempus adventus mei, nempe 23 decembris, hora 3 min. 10 post meridiem. Sandalgi mansit domi, sed misit aliquem polonum, qui me adduceret in domum Sandalgi.

Die 24 post missam matutinam nullum opus habui faciendum apud Sandalgi. Profectus sum in ecclesiam S. Alphonsi, cuius pastor lituanus sacerdos Lietuvninkas

quadragesimum annum sacerdotii agebat. Adstiti missae ejus solemni et pauca verba salutatoria protuli in ecclesia. Post prandium hora circiter 3½ p.m. redii in domum Sandalgi. Paulo post incepta est auditio Confessionum. Ad coenam fuimus quatuor sacerdotes: Sandalgi, duo pro hac occasione invitati et ego. Post coenam audivimus iterum confessiones. In Missa mediae noctis habui concionem lingua polona. Hora decima cum dimidio fuit Missa lecta, in qua ego iterum habui concionem, ad Missam vero solemnem concionem habuit alter sacerdos invitatus.

Hac die (25.XII.1933) prandium in domo Sandalgi non fuit coctum, sed ipse

remuneravit me pro libro et
expensis itineris donando mihi
duodecim dollaros, tooth brush
et tooth paste. Pecuniam acce-
pi, caetera oblitus sum. Hora
3½ valedixi omnibus ascendendo
currum Marianorum, missum
mihi ex Washington D.C.

In hanc urbem profectus sum
cum confratribus religiosis, qui
in occursum meum venerant.
Coenam cum iis manducavi
et eadem die 25 decembris h. 10
vespere profectus sum cum curru
viae ferreae in Clarksburg
W. Va.

In hanc urbem adveni die
26 dec. hora 7 min. 15 mane.
R. P. Antonius Bomatzky M.I.C.
venit me salutare in stationem
viae ferreae. Cum eo profectus

sum in domum parochialem usque
occupatam, [illegible] missam dixi.
Post ientaculum adii [illegible]-
nam et parvulam ecclesiam [illegible]-
[illegible]. Deinde cum praeside comitii parochialis locutus sum
de iis condicionibus, sub quibus
Congregatio CC RR Marianorum
administrationem huius paroeciae,
quam Peter Bomatzky tempora-
nee administrat, suscipere pos-
set, ac dixi hoc colloquium non
esse nisi praeparatorium et pri-
vatum, officiale vero negotium
esse tractandum cum praeposi-
to Generali post aliquas heb-
domadas in Americam venturo.
Post meridiem hora circiter quar-
ta ascendi viam ferream Neo-
Eboracum profecturus.

In hanc urbem (New-York) ad-

veni hora circiter 8-a mane, transii ex Baltimore and Ohio Station in Grand Central et ibi currum viae ferreae profecturum esse in Hartford h. 9. ante merid. Decrevi tempus ad dicendam Missam.

In Hartford adii 53 Capitol ave, domum pro studiosis litterarum, quorum pastor J. Anderson item summum 40 sacerdotis celebrabat. Parochum non inveni. Suus vicarius me propriis suo curru transportavit in Collegium Marianorum Thompson Conn., ubi advenimus hora circiter tertia post merid. Frigus tunc fuit vehementissimum et abundantia nivis copiosissima.

Thompsonii mansi diebus 28 et 29 decembris, in ordinem redigens archivum meum et libros situs typorum

tum olim. Scripsi etiam aliquot epistolas, quas ibi inveni. Sumpsi etiam partem breviarii hiemalem, restituens eam quae mihi commodo data fuerat. Item sumpsi utensilia sacra quibus domus Graymoorensis carebat, nempe: discum, asteriscum, cochlear sacrum.

Die 30 decembris mane, item in validissimo frigore profectus sum in Graymoor. Currus viae ferreae propter frigus in Putnam nimis tarde venerunt. Infortunium hoc reparatum fuit altero infortunio, nam currus, quem in Hartford ascendere debui, item retardatum venit, quem cum ascendissem locomotiva machina, ne mille quidem passibus factis, frigore corrupta subsistere debuit. Neo-Eboracum, ubi cum R. P. La Farge colloquium praestabilissimum habui, adveni hora circiter

quinta post merid. Cum Benedicto patre amice collocutus sum. Et amicissimis et prudentissimis suis verbis [illegible] conscientiam potuit in Provincia Jesuitarum Baltimorensi-Neo-Eboracensi esse quandam diffidentiam erga me. Cavebam tamen ne manifestarem [illegible] a me intelligi.

Coenam in statione viae ferreae manducavi et [illegible] Hora 7 1/2 vespere ascendi currum viae ferreae et hora 9 noctis adveni Peekskill, et ibi h. 9:30 P.M. eram in Graymoor.

Die 31 decembris fuit Dominica. Franciscani Graymoorensis spiritu omnes fruentes optime perseverant. Adstiti eis et [illegible] sine delectatione et aedificatione.

Hoyniak abest a Graymoor, [illegible] Van Wessels [illegible] in Missione [illegible] [illegible].

Annus 1934.

Die 2 ianuarii Graymoorium veniebat frater Joannes Bangs M.?C. ad discendum cantum orientalem. Ego proficiscebar obviam fratri; quamvis [illegible] tamen autobus stetit in via et ego [illegible] iter per pedes faciebam. Die 4 ianuarii cum frater ex Graymoor in stationem viae ferreae Peekskill abire debuit, sed currus bis suum obitum retardavit. Ego [illegible] [illegible] qui [illegible] currus habebat. Ipse laicus est, non vero membrum Societatis of Atonement.

Prima hebdomade ianuarii multas habui epistolas ad scribendum, nam eas inveni cum ex itinere, praeterito mense facto, rediissem. Easque omnes feliciter expedivi.

Animadversio...

Post ea, quae in pagina praecedenti notata sunt, usque mensem martium A.D. 1943, scilicet novem annis et duobus mensibus nihil in isto libro scribebam. Nunc vero censeo breviter esse narrandos huius temporis vitae meae eventus et deinde continuandam notationem contemporaneam eorum, quae mihi occurrunt, aut a me fiunt. Imo haec notatio non tam materiam autobiographicam constituere debet, sed potius annotationem, quae spiritui meo utilis esse possunt.

Notationes contemporaneas reassumpsi die 24 martii 1943 eventibus annorum 1934-1942 nondum enarratis, quorum enarrationem faciebam partes inde a die 28 martii. Pro hac enarratione reservatas habui huius libri paginas 157-200.

Annus 1934-1937

Principalis eventus huius anni fuit meus reditus ex America Romam et inde in Lituaniam. In Statibus Americae Septentrionalis Foederatis manebam apud Patres Franciscanos sic dictos Of Atonement, seu Reunionis, in domo eorum materna Graymoor prope Garrison, in stato New Jork. Principalis occupatio mea fuit cooperari duobus viris ritus orientalis, qui cum a fide catholica in schisma defecissent, ad redeundum sese praeparabant. Ego vero inspiciebam studia eorum theologica et mores. Porro nulla spes affulgebat Nicolao Nawrocki, qui cum cantor fuisset apud ucrainos graeco-catholicos, ab unione Ecclesiae defecit ordinesque diaconatus et presbyteratus ab episcopo schismatico sibi collatos susceperat. Sex annorum spatio ipse patientissime poenitentiam agebat, spe ductus

perdidit possibilitas visitandi provincias Marianorum, non desiram visitationes ad colonias terminandum opus biographicum, sed e contra desiram opus biographicum, ut primis visitationi provinciarum earumque spirituali profectui incumbam. Nunc autem labor in scribenda biographia ista utilis est mihi et Congregationi. Omnia hoc modo voluntatem meam voluntati divinae conformare.

Quod hic de opere biographico scripsi, idem applicatur operi conversionis Russorum. Ad opus istud vocatus fui an. 1930. Propter opus istud anno 1933 non fui permissus acceptare reelectionem ad munus superioris Marianorum Generalis. Anno 1937 ob ea orationes et scripta liberi redditus sum, deinde vero iterum reassumptus sum ad munus Consultoris S. Congregationis Orientalis, sed munus istud videtur esse potius honorificum quam operativum. Semper tamen paratus sum exequi mandata, si quae mihi dentur. Tamen ea non praevidentur data in sectore neque suscipionem officii, quod nunc in Congregatione Marianorum habeo consentiente Sede Apostolica per duplicem tramitem Sacrarum Congregationum Orientalis et Religiosorum. Nullum vinculum amoris aut emolumenti proprii me inducit ad opus istud cuius necessitatem et utilitatem clare percipio, ideoque paratum me conservo ad tempus, in quo possim necessaria id faciendum.

Die 27 iunii 1943a. viginti minutis post mediam noctem praecedentem Romae via Olmata 10 in nosocomio s. Elizabeth, praesentibus Rev.mo Ladislao Mroczek, M.I.C., et fratre laico Nicodemo Ancans, M.I.C., vita functus est Eduardus Comes O'Rourke, episcopus Sophenensis, natus in Bassin paroeciae [illegible] dioecesis Minscensis, 26 octobris 1876, electus episcopus Rigensis 29 septembris 1918, (Consecratus Vilnae in eccl. Cathedrali ab Ill.mo Georgio Matulewicz, assistentibus Francisco Karewicz, ep.o Samogitiae, et praelato Casimiro Michalkiewicz die 15 decembris 1918, quae fuit Dominica III Adventus) translatus ad sedem episcopalem titularem Caneae 10 aprilis 1920, deinde Pergamensis 21 decembris 1922, postea in sedem residentialem Gedanensem

[illegible]

(Domzig) 2 ianuarii 1926, tandem vero sedem
Canonicus graminis Romaniensis d. an. 1938.
titularem Sophene die 13 iunii 1938. A mense decembre 1939 ad exitum anni 1942 ipse habitavit in Domo Romana Marianorum, ex qua in praefatum nosocomium transiit ipso initio anni 1943 propter morbum, qui vulgo cancer vocatur. Requiescat in pace!

Eadem 27 die iunii 1943a prosecutus sum exercitia mea spiritualia annua, quorum haec fuit septima dies et circa Passionem D. N. Jesu Christi versabatur exercitatio. Volui fideliter sequi consilia R. P. Bucceroni ac proinde quinque meditationes institui praeter duas instructiones et lectiones spirituales a laudato Patre indicatas. Anterioribus temporibus exercitia septimae diei solebant in me satis vividos affectus excitare et meditationes de tormentis Salvatoris internis externisque etiam lacrimas producebant. Nihil huiusmodi hoc anno evenit. Sed et duobus aut

tribus annis praecedentibus, nisi fallor, eadem siccitas cordis apparebat. Causa huius siccitatis potest esse aut negligentia mea, aut impenetrabilis permissio Divina. Examinando me ipsum negligentiam non percipio, sed inde non sequitur eam defuisse; non raro enim latent me mala a me ipso facta; praecipue vero latent fructus amissis propii. Valde probabile est me complacentiam habuisse in illis affectibus, mihique merita eorum adscripsisse. Nunc igitur venia est impetranda et poena patienter subeunda cum firmo proposito cautius in futuro agendi.

Censeo non fuisse culpam in eo, quod mysterium doloris penetrare voluerim. Mysterium istud, quantum memini, nunquam hoc anno penetrare volui; affectus autem teneriores non antea disparuerunt. Praeterea non apparet egoismus in contendendo intelligere mysterium doloris. Etiamsi enim in dolore non desse meliorem defectus, attamen omnes sancti omnesque vitae spiritualis magistri unani-

Parentes ep[i] Eduardi O'Rourke fuerunt Michael et Angelica Bochaie(?), baptizatus in parochia [illegible], confirmationis sacr. an. 1889 Chyrovii [illegible] nomine Michaelis accepit. Studia gymnasialia Chyrovii 1888-1890, Vilnae 1891-1893 et Rigae 1893-1897 [illegible]. Maturitate adeptus in Polytechnico Rigensi mechanicae ac oeconomiae studuit, absolvit 1901; deinde Friburgi i Helvetia 1903-1904 oeconomiae studuit. Annis 1904-1908 Oeniponte (Innsbruck) theologicum cursum absolvit. Sacerdos ordinatus est 1907 X. 14 ab ep[isco]po Samogitiensi Gaspare Cirtautas(?). [illegible] spiritualis [illegible] Mohiloviensis 1907-1910; [illegible] Petropoli 1910-1917 [illegible] et administrator [illegible] 1917-1918.

Dominus) [illegible]
Canonic[illegible]
titularem [illegible]
de decembre [illegible]
ipse habita[illegible]
renovavi, [illegible]
communionem [illegible]
propter mo[illegible]
tur. Regina[illegible]
Eadem [illegible]
exercitia mea[illegible]
fuit optima[illegible]
Christi resol[illegible]
eaque [illegible]
quae [illegible]

multa laudant utilitatem doloris ad promovendam perfectionem spiritus. Ipsi nonnisi sequuntur doctrinam Christi, qui fidelibus suis praecepit sumptionem crucis. Passio quoque atrocissima Filii Dei incarnati fuit medium redemptionis generis humani. Itaque nullum potest esse dubium de maxima utilitate doloris in divina oeconomia redemptionis. Sed naturali intellectui nostro non apparet satis, cur ita sit. Mihi hodie, et quidem non prima vice, in mentem venit dolorem hominis habere proprietatem similem magni ponderis, quod in rebus naturae immani pressione generat pretiosissima cristalla, sic dictos lapillos rubros, et in opificiis arte factis pressione enormis ponderis perficit ferrum chalybeque metalla. Quod corporale pondus efficit in rebus corporeis, id videtur efficere dolor in animo hominis, qui pondere doloris elicit ex se et perficit facultates, quae caeteroquin manerent in statu passivo ac inutili. Doctrina de purgatorio manifestat utilitatem doloris alicui animabus ab unione corporea liberis. Inde sequitur dolorem aptum esse alicuius boni promovendi etiam in iis, quae ad videndum Deum dolere volunt, sed nondum eum videre possunt. Itaque non est absonum supponere: dolorem esse medium, quo spiritualis pars substantiae humanae, dolore agente, ex se elicit organum ad videndum Deum. Haec tamen res non est immunis incertitudine, nam dogma christianum est [illegible] ad visionem Dei elevari posse nisi supernaturali actione gratiae supernaturalis. [illegible] potest etiam [illegible] satis cum Deus dolori dederit vim cooperandi ad producendum organum visionis Dei. Dolor sub forma poenali, [illegible] vero praesertim in hominibus est irreducibilis. Nec tanta multitudo phaenomeni huius male servaret Dei Sapientia nisi eum ita instituisset, ut naturam ad felicitatem supernaturalem et supremam cooperans fieret.

Die 28 iunii 1943a ultima integre peragenda dies exercitiorum spiritualium multa impedimenta attulit propter negotia, quae emorsa sunt ex morte Episcopi O'Rourke. Silentium enim meum meum continuo interrumpebatur; quandoque etiam lectio spiritualis interrumpi debuit propter negotia, quae non patiebantur in aliud tempus remitti. Domus enim nostra parva est paucosque habet homines, idemque praeparatio funeris episcopi non potuit expediri ab iis qui liberi fuerant nisi ipsi etiam a me adiuvarentur. Meditationes tamen quattuor, duasque instructiones et lectionem spiritualem ea mane absolvi, ut finis horum operum saltem quoad substantiam attingatur.

Exercitia igitur clauduntur sincero et forti firmato proposito a) radicandi in corde meo incrementum amorem mei, b) adhibendi rationem tamquam principale medium ad hunc statum assequendum, c) insipiendi ne spiritus rationis dominetur aut teporet, d) adhibendi quotidie saltem duas mortificationes corporales, nec recusandi eas nimias unamquamque quotidie, si occasio detur. e) Interiores mortificationes ponenda vigilantia ne nimia quantitas cibi capiatur, aut gustui plus iusto indulgeatur. f) Praeter reformationem personalem principalem operam adhibendi renovationi et fortificationi spiritus Congregationis CC RR Marianorum. g) Scribendis operibus iam inceptis tantum attendendi, quantum id sine minimo detrimento renovationis spiritualis Marianorum fieri potest.

Horum duorum mensium spatio, scilicet maii et iunii examen spiritus mei, iuxta praescripta Constitutionum [illegible] et magnum emolumentum ex eo percepi, quod nimis est dicto loquor. Itaque nunc visus continuandum esse hanc praxim et studendum [illegible]. Non [illegible] propositum [illegible] inter [illegible] practicas, ex exercitiis spiritualibus provenientes, ad [illegible] esse [illegible] bonum, sicut et aliae quae [illegible] possint, nec sunt spernenda, sed potius adhibenda.

Iam aliquoties cogitavi de genere vitae, quod apud monachos orientales schema magnum appellatur, amplectendo. Video satis aetatem convenientem huic generi vitae cum debilitate crescente [illegible] animae meae. Propterea serio consideranda est ista cogitatio. Deinde conversio Russiae actibus paenitentiae magis promoveri potest, quam aliqua alia forma activitatis meae. Sed Schema Magnum consistit in duris mortificationibus corporalibus, ad quas ego non sum assuetus. Nihilominus non sunt imitandi ii, quibus durus esse videbatur sermo Christi, ad quem ipsi non fuerunt assuefacti. Duo adhuc anni adhuc remanent mihi in officio superioris generalis, quo durante non expedit valde aliena a communi ratio vitae; sed duo anni isti possunt adhiberi ad diminuendam differentiam inter praesentem meam pusillanimitatem et futuram hilaritatem mortificationum corporalium, quae ad Schema Magnum requiritur. Tandem his duobus annis clarius apparebit, vocatusne sim a Deo ad istud genus vitae.

[illegible] iunii 1943a. post meditationem matutinam et post Missae sacrificium absolvi exercitia mea spiritualia huius anni, orans Deum, qui conservet in me vivum desiderium serviendi Ei sincere et integre omni tempore.

Cadaver episcopi Eduardi O'Rourke heri translatum est ex nosocomio s. Elisabeth ad sacellum domus nostrae Romanae hora 20, min 45. Tota communitas nostra statim in eodem sacello recitavit Vesperas Defunctorum cum cantu. Hodie corpus Ep.mi defuncti transferendum est in ecclesiam S. Stanislai E.M., via Botteghe Oscure 15, ubi Vesperae Defunctorum a nobis cantabuntur. Cras vero h. 10 Exc.mus ac Rev.mus archiepiscopus [illegible] in eadem ecclesia S. Stanislai corpore praesente celebraturus est Missam exequialem, qua absoluta corpus defuncti transferetur in coemeterium Campi Verani, ubi pro tempore collocabitur in tumulo sororum Sacrae Familiae Nazarethanae, et bello finito transferri poterit in ecclesiam cathedralem Ga-

Lomensem (Lomza).

<u>Die 30 iunii 1943</u>. Hodie h. 10 Assessor S. Congregationis Orientalis Exc.mus Archiepiscopus Antonius Arata in ecclesia S. Stanislai E.M. Romae celebravit missam cantatam exsequialem pro anima ep.pi E. O'Rourke assistente Rev.mo Ladislao Kwiatkowski C.R., Vicario Generali Congregationis Resurrectionis aliisque sacerdotibus et clericis eiusdem Congregationis. Aderant in ecclesia Exc.mus ac Rev.mus Franciscus Borgongini-Duca, Nuntius Apostolicus in Italia et Exc.mus ac Rev.mus Philippus Cortesi, Nuntius Ap. in Polonia, episcopus Ignatius Dubowski, ep. Alexander Evreinoff et alii duo episcopi quorum nomina non novi. Aderat quoque d.nus Casimirus Papée, ambassador Poloniae apud S. Sedem cum uxore sua, minister Irlandiae apud S. Sedem, d.nus M. Łosś, minister Poloniae, consiliarius ambassadoris Poloniae apud S. Sedem, minister Janikowski cum uxore sua, Lo-S. Lozoraitis, quondam minister Lituaniae apud S.M. Regem Italiae, praelatus Joseph Carrons quondam vice-minister Lithuaniae. Aderat etiam minister Irlandiae deputatus ad Regem Italiae, sed a nemine recognitus, abiit antequam Missa incoeperit. Praeterea aderant plurimi alii poloni, qui Romae habitant, viri et mulieres. Chorus polonus cantavit. Post absolutionem Corporis, eius translatum est in Campum Veranum, ubi sorores S. Familiae Nazareth duos tumulos habent: unum in quo sorores sepeliuntur, alium vero pro temporanea sepultura. Episcopus igitur O'Rourke sepultus est in hoc altero tumulo. – Inter adstantes funeri sacro fuit quoque archimandrita Simeon, parochus unionum catholicorum Romae. Ex ecclesia exivimus hora 12, min. 40.

Eodem die ego terminavi etiam meam [illegible] [illegible] [illegible], quam incoepi die 1 maii

Die 1 iulii 1949a in S. Congregatione Orientali locutus sum Assessore eiusdem archiepiscopo Antonio Arata de difficili condicione materiali sacerdotis Russi catholici ritus orientalis Vladimiri Abrikossoff, qui initio pontificatus Pii XI venerat Romam, asserens se esse rogatum (a patriarcha Tichone) a Pastore universae ecclesiae patriarchalis Moscoviensis cum Ecclesia Romana, sed hic duo homines iam prius ab eodem Pontifice ad opus conversionis Russorum deputati variis machinationibus animum Pontificis ab Abrikossoff avertebant, ut hic Romae videns Parisiis moratus [illegible] a Missa dicenda se abstinebat [illegible]. Duos [illegible] multum adiuvit russus Verigin, qui multis annis antea Romam advenerat. Nam Abrikossoff infidelitate administratoris bonorum Russorum orbatus est omnibus divitiis et ad extremam paupertatem redactus est. Rogavi S. Congregationem, ut aeditui Vladimiro Abrikossoff praestaret ad sustentandum annuam eius-

que matrem, quae cum eo habitabat. Excmus Arata dixit rectorem Collegii Russici, quod Parisiis sit, seriam operam praestare ad sublevandas difficultates oeconomicas Abrikossoff et assensit S. Congregationem semper efficaciterque necessitatibus vitae Vladimiri Abrikossoff provisuram.

Item tractavi de notitiis Parisiis sparsis in ephemeridibus „L'Oeuvre" et (diei 28 et 29 maii) et „L'Illustration" (29 maii) huius anni, ubi dicebatur mediatorem esse inter Ecclesiam acatholicam Russorum et Romanam Catholicam ad eas reuniendas. In „Illustration" sermo est de „amico Stalini". Sed an. 1939 Vladimirus Alexandrov, nominatus archiepiscopus Alascensis et Aleutianus se dicebat esse amicum dictatoris Stalin et inducebat me ad rogandum Sedem Apostolicam litteras, quibus Alexandroff deputatur ad tractandum nomine Sedis Ap. conversionem Russiae. Idem Alexandroff satis capacem se esse probabat

excitandos quosdam motus in ephemeridibus. Valde igitur probabile est eum esse unum praesentis Litvinoff in America, se ipsum creasse amicum Roosevelt'ii et aluti pulcherrimi delegati Apostolici ad recommendandam suam actionem, de qua cogitabat anno 1933. Litvinoff enim iudaeus est et ideo explicatur, cur „L'Illustration" loquatur de iudaeis mediatoribus unionis ecclesiarum. Ex-nuncius Arata patienter me audivit et dixit sedem Ap. non sinere aggressionem esse huiusmodi res tractandas, antequam sciat quaenam partes d-ni Alexandri in ea sint.

Hodie in domum nostram Romanam, rogante S. Congregatione Orientali, admisimus ad habitandum extra claustra quendam alumnum Collegii Russici Joannem Sedum, qui videtur esse originis albo-russicae ex regione Grodnensi. Ipse videtur non studuisse cursum philosophiae. Ipse erit hospes noster non ex candidatis.

Die 2 iulii 1948 an. Novam epistolam exaravi respondens iis, quae venerant tempore exercitiorum meorum spiritualium. Cum Joanne Sedum (aut Sydum) collocutus sum de negotio studiorum eius. Signa [illegible] dedi non multos sibi proponere eodem tempore scopos attingendos, sed potius ad unum esse intendendas vires, ut eo certius scopus attingatur, quo absoluto possit melius procedi ad alium scopum attingendum. Sedum (aut Sydum) attulit mihi textum epistolae suae, quam ipse intendebat mittendam S. Congregationi Orientali. In ea sermo fuit de quatuor negotiis: a) ut sibi libri missi ex bibliotheca Collegii Russici donentur, b) ut solvatur pecunia [illegible] pro studiis suis lycealibus finiendis, c) ut providetur necessitati victus et vestium suorum, d) ut studia ecclesiastica liceat sibi continuare in universitate Anglica, non vero in Gregoriana. Ego ei explicavi primum puncto [illegible] a notatione omnino probari non posse, quia terminus [illegible] exacta sit, tum quia non appareat satis, cur libri isti ad eum

studia requirantur. Quaestionem huius [illegible] de Confirmario domus nostrae ego [illegible] in hoc [illegible] Josephum Vaitkevičius, [illegible] [illegible] in domo ista stabiliter habitantium approbatus [illegible] etiam [illegible] [illegible]. Ipse etiam movit quaestionem de conservationibus spiritualibus [illegible] [illegible] Patrem Vaitkevičius ac [illegible] Superiorem Domus [illegible] Mrozek.

De eodem [illegible] collocutus sum etiam cum Par-mo Vicario Generali, qui [illegible] etiam Superior Domus Romanae. Ipse voluntatem mihi manifestavit sese directe et immediate non occupandi negotiis [illegible] [illegible] [illegible], ut modus ordinarius servetur etiam in hoc casu, videlicet, ut Superior Domus sit immediate praepositus huic [illegible]; ego [illegible] [illegible] mihi conservare [illegible] [illegible] superiorem. Tandem Rev-mus [illegible] Mrozek praebuit consensum suum [illegible] [illegible]

Testamentum defuncti episcopi [illegible] [illegible] Romae nondum apparuit. Rev-mus [illegible] Mrozek [illegible] tria in eo documenta inveniri: a) [illegible] [illegible] Sororibus St. Elisabeth capitalium, b) utramque crucem pectoralem et anulum consanguineis [illegible] [illegible] [illegible], c) [illegible] caeteraque [illegible] Congregationi Marianorum [illegible]. Episcopus adhuc vivens [illegible] Joseph Vaitkevičius et mihi dixit, [illegible] testamentum esse [illegible] [illegible] scriptum et [illegible] servari; id autem, quod Romae confectum sit, [illegible] esse nisi Codicillum. Id tamen dicitur inveniri apud advocatum Nosocomii S. Elisabeth. Computus expensarum pro medicis, medicamentis, nosocomio et sepultura nondum sunt ordinati, sed praevidentur satis magnifici. Tamen [illegible] ipsos solvendi omnes expensas [illegible], [illegible] Sororibus S. Elisabeth [illegible] [illegible] [illegible] aliquid.

Die 3 iulii 1933. Soleut auctores in senectute parare editionem omnium operum suorum, quae eos videntur esse bona saltem aliquo respectu, praecipue vero ea, quae dat occasionem

denuo revidendi scripta, ea emendandi et perficiendi. Propter hunc scopum etiam mihi considerandum apparet huiusmodi operum meorum una nova editio. Eam tamen his in circumstantiis parare non possum, propter belli tempus et propter defectum pecuniae huic editioni requisitae. Sed censeo utile esse indicare saltem aliquas regulas, quae tali editioni praelucere deberent.

Imprimis censeo scripta mea esse in sequentia genera segreganda:

I scripta historica 1) Šv. Stanislovas, Vyskupas Krokuvos; 2) Šv. Povilo apaštališkosios Sūnus ir kun. Pranaitis.

II Scripta apologetica 1) Tikėjimo Apologetika, cuius erant tres editiones. Si autem fieret nova editio, sumenda esset potius secunda editio quam tertia, sed et illa est notabiliter corrigenda. 2) Fundamentalinės teologijos kursas non fuit typis vulgatus, sed multiplicabatur modo hectographico et quidem duabus vicibus. Prior videtur esse melior; sed neque ista est sufficienter bona. Habet multa loca, quae indigent, ut publici iuris fieri possit. 3) Tikybos dalykai, in qua

tiones ad fidem spectantes, quae a variis ephemeridibus divulgabantur. Societas S. Casimiri aliquas earum in unum fasciculum collectas edidit, sese conformando censurae [illegible] in rebus quae spectabant religionem [illegible] orthodoxam [illegible]. Nova editio deberet esse multiplicior eorum, quae in variis ephemeridibus [illegible] Americae huiusmodi quaestiones dilucidabam. In Americano domo Marianapoli habentur tria volumina manu Francisci Jakštis scripta, in quibus inveniuntur dilucidationes quaestionum recentissimum. Tamen non sunt omnes, quae erant attendendae dilucidationes, et ultimo quoque tempore. Porro, collectis omnibus, ea omnia oporteret disponere eas modo lexicographico in ordinem alphabeticum. Ita ut fieret quasi breviss encyclopaedia apologetica. Nihilominus essent addendae non paucae res, quae non fuerunt usquam tractatae, ut attendatur ad integritatem Apologeticae. Pariter ea, quae propter notam censurae omissae fuerunt omissae, deberent restitui et explicari; 3) His-

toria [illegible] ob initia christianae religionis in Lituaniam fuit lata et scripta et [illegible] lithographice multiplicata. Scriptum istud [illegible] respondet ob opera Bardenhewer, Die altkirchliche Litteratur", nec potest publici iuris fieri nisi aliquam habeamus conditioni nostrae patrologiae ad accommodationem lituanicam, sed praeter historiam [illegible] usque ad finem saeculi XIX, quod non sine magno labore fieri non potest. 4) Scripta varia apologetica admonitioni et [illegible] collecta „Straipsniai katalikams pasisakyti", 5) [illegible] opera sola, 6) De [illegible] per [illegible], 7) Kunigas Petras ir [illegible] opposita, 8) item alii multi articuli in ephemeridibus, [illegible] „Tėvy[illegible]", in quibus quaestio Josephi Kubilius [illegible], et publici iuris facere intendebam [illegible] titulo „[illegible] ir Kultūra". Cum eadem intentione aliquot articulos eiusdem generis scripsi in „Tėviškės Žiburiai" Kanadae. Etiam [illegible] conscripsi aliqui articuli in „Draugo" scripti ante [illegible] quaestionem Kubilius de[illegible]dationem. Si quis dicat hos res esse potius neces-

sos in „Tėviškės Žiburiai" apparuerunt, conscientia potius afferentiam [illegible], nam in „Tėviškės Žiburiai" [illegible] primis et a [illegible] tis [illegible], intelligunt, in [illegible] Kubilius patris, [illegible]. Ita „Straipsniai Katalikams pasisakyti" publicant ad apologeticam popularem. Propter characterem eorum, qui respicit catholicam nostrorum placita religiosa, non fortasse, aliquando sunt oppositorum, sed [illegible] quod [illegible] tionem et nostri catholici. 9) Item articuli lingua latina [illegible] in „[illegible]" [illegible] [illegible] opus [illegible] professorum.

9) In ephemeridibus „Draugas" Chicagiae et „Darbas" Kaune fuerunt a me scripti circiter mille articuli varii generis, qui [illegible] colligi possunt [illegible] tamen fuerunt [illegible] apologetica. [illegible] praeparatus [illegible] fuit, itaque non possunt publicari, [illegible] secundo [illegible]. Quaedam tamen ex „Draugas" a [illegible] F. [illegible] in unum collecta sunt et edita sub titulo „Apie [illegible]".

Non carent ea charactere apologetico, licet ali[illegible]na ad paedagogicam disciplinam pertineant. Eiusdem generis est minor libellus „Tėvų [illegible] pa[illegible] auklėti vaikus"

Die 4 iulii 1943a. Quod heri incepi et non perduxi ad finem, hodie prosequor.

III genus scriptorum meorum ad rem asceticam refertur. Iam typis vulgata sunt: „Trijų dienų rekolekcijos kunigams" pro sacerdotibus et „[illegible] Pagrindai" pro liberatis[illegible] cultis laicis. Maior tamen horum pars manet inedita, nempe meditationes pro religiosis Marianis. Cum annis 1913 et 1915 Mariampoli munere patris Marianorum spiritualis fungerer, quotidie volebam puncta meditationum. Sed aliquando oppotebat me itinera aliqua facere et tunc relinquebam confratribus meis meditationes scriptas. Eorum quaedam perierunt, sed et eae quae remanent, fragmentaria sunt; ideoque necesse est ea ad ordinem redigi antequam publici iuris fiant. Tunc ego potius volebam parabolas D. N. Iesu Christi. Non [illegible] labore temporeque adacta, potest unitas quae-

dam offici, nempe commentarium asceticum ad parabolas Domini in Evangelio narratas [illegible] comprehendendum [illegible] sum opere Leopoldi Fonck S.J. „Die Parabeln des Herrn". Quemadmodum [illegible] constituunt aliquot meditationes, super orationem Dominicam „Pater Noster" et [illegible] Salutationem Angelicam „Ave Maria". Scripta ascetica adiungere possunt breves considerationes, quae in [illegible] ego [illegible] Kasin [illegible] a primo die Adventus usque ad ultimum diem mensis maii. Manuscriptum [illegible] anno 1911 [illegible] est [illegible] et [illegible] in ephemeride „Draugas" apud [illegible] patris folio „[illegible]", qui [illegible] se velle ea imprimi [illegible] in „[illegible]" deinde [illegible] in separato volumine edere. Etiam [illegible] scriptum [illegible] ad finem perducere [illegible] per quotidianas considerationes pro unoquoque die a 1 [illegible] usque ad [illegible] Adventus [illegible] ad finem Novembris. De Vaticano [illegible] Rev.mus Vaitkevičius, legebat quae ego praeparabam. [illegible]

N.B. [illegible] scripta [illegible]

…ium asceticam ad pa-
…narratae ab eo probe
…Leopoldi Fonck S.J. Die
…m unitatem cum Orienti
…, [illegible]
…[illegible] – asceticam sola-
…a" Scripta ascetica
…praeparatorum, quae in
…dis diffundebatur quo-
…usque ad ultimam
…scriptum etiam anno 1911
…et inveniri solet in
…[illegible] parvi
…se velle ea imprimi
…rem in separato volu-
…scriptum oportebat ad
…quos quaestiones con-
…d.i.e. 1 [illegible] usque ad
…ad finem Novembris. In
…de Rev.mus Vaitkevičius
…bam. Usque adeo iam

N. 3 ceteris scriptis adnumerandum est id, quod latine et russice scripsi de [illegible] modo orientali vivendo [illegible] de „Čistki". Necnon oportet scriptum istud in sermonem Lituanum verti; sed russice ex „[illegible]" relatum utiliter apparere posset in „[illegible] Bra[illegible]" in partes divisum, quae deinde in unum colligantur.

scripsi tot annotationes. [illegible] non [illegible] sermones, quae [illegible], ut [illegible] quae [illegible] ab aliis [illegible] producta fuere, et in „Cantate Romane" apparuerunt. Materiale [illegible] narrationem [illegible] [illegible] [illegible] explicationes [illegible] Apostolorum [illegible] sed et ea non sufficiunt ad supplendam lacunam, de qua supra locutus sum.

IV. Ad genus itinerum spectat opusculum Chicagense typis vulgatum de meo itinere ad Congressum Eucharisticum in Sydney (New South Wales) Australiae. In hoc libro [illegible] initium et finis, nempe descriptio itineris mei ex Urbe Romana, quae anno 1928 apparuit in ephemeride Kansensis quotidiano „Ryton" circa initium mensis [illegible] praefati anni, et descriptio itineris ex S. Francisco in Neapolim mense octobri 1928 facti; quae descriptio apparuit in ephemeride „Balt[illegible]" [illegible]. Sed totum opus [illegible] est, non [illegible] profundiore studio [illegible] peregrinationum

[illegible] ita fuit iter primum, quod [illegible] unius anni spatio [illegible] terrestre [illegible]. [illegible] descriptionem Congressus Eucharistici Chicagiae celebrati anno 1926 [illegible] „S[illegible]" publici [illegible] [illegible] [illegible] ut non effigies [illegible] libro de quo loquor.

V. ~~Tandem etiam [illegible]~~ ~~[illegible]~~ Hic etiam opportunum est loqui de concionibus meis, quarum [illegible], annis 1920 et 1924 in „La[illegible]" [illegible] explanationem epistolarum [illegible] et partem Evangeliorum. Eas [illegible] collegit et [illegible] Materiale [illegible] [illegible] bibliotheca [illegible] [illegible]. Anno vero 1935 [illegible] in „Tirso Kalisz" apparuit altera series [illegible] quae [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. In eodem „Tirso Kalisz" apparuerunt Sermones mei De septem Verbis Christi in Cruce prolatis, quos oportebit addere ad collectionem sermonum, quae [illegible]: „Tempo [illegible]", quae sepa.

nātis prodierant.

VI. Tandem etiam genus litterarum amoenarum excolebam vario tempore variis in editionibus scribendo narratiunculas, quarum majores stabilis. „Kopūstas kaspijond" separatim prodiit. Alia „Jono Karalyte" in „Vallines" prodiit; Ketvirt u pasyliesiu in „Mokslo" [illegible] 1925; quaedam in „Nedeldienio Skaitymai", quaedam in „Lietuvos Kalendorius", quaedam vero in „Kaunas Kalendorius", aliqua etiam in „Draugas". Anno 1937 indulsi Joannem Alekna, M.I.C., ut omnes istas narratiunculas in unum colligeret, sed ipse aliis negotiis deditus id non fecit. Non enim facilis fuit res, nam varia folia, in quibus ista edebantur, jam non prostant apud librarios et in bibliothecis vix inveniri possunt.

Conclusio hujus quasi examinis conscientiae meae litterariae coincidit cum fine harum notationum autobiographicarum, sed objectum hujus examinis procul dubio praesentabitur in judicio particulari die mortis meae ad infallibile ~~[illegible]~~ devotum Christi salvatoris. Conscientia mea nunc censet se in scribendo rectam intentionem habuisse [illegible] praestandi veritati, jura Ecclesiae tuendi, [illegible] serviendi, [illegible] nunc [illegible] tempus habendi ad omnia [illegible] et omnia [illegible] propaganda, quod [illegible] vita [illegible] [illegible] [illegible] ut mihi [illegible] condonet [illegible] culpam.

— Franciscus Petr. Būčys. M.I.C.

In hoc libro habentur 398 paginae numeratae et scriptura manus nostrae a numero 3 ad 398 inclusive(x). Pagina prima praefert titulum libri, pagina vero secunda est vacua. Me vivente liber neminem patere potest lectorem; ut autem [illegible] primus [illegible] notitiam mortis et sepulturae [illegible] a nemine unquam publici iuris fieri potest, sed destinatur, ut semper in archivio lateat, et novissimis hominibus maturae aetatis et studiorum historicorum peritia conspicuis ad legendum tradi poterit. Quamquam incomplete vita mea hic enarrata est, sit tamen ipsa testis meae fidei catholicae, quam non ex consuetudine aut necessitate, sed ex intima persuasione libere, libenter et firmiter profiteor iuxta praedicationem Ecclesiae sub infallibili magisterio successorum sancti Petri apostoli in sede Romana. Anima mea cum omnibus suis facultatibus et actionibus tota et irrevocabiliter Salvatori et Deo meo Jesu Christo sine ulla conditione traditur, ut sua clementia a peccatis purgata Deo semper serviat in hac vita mortali et post mortem corporis, quod corpus in simplici receptaculo, ex ligno abietino confecto, collocatum sine pompis, comitantibus tamen victorum suffragiis, terrae tradatur.

\+ Franciscus Petrus Bučys, ex Congregatione CC RR Marianorum sub titulo Immaculatae Conceptionis B.M.V.

(x) Primitus fuit scriptum 408, sed apparuit error, nam post paginam 329 immediate positus fuit numerus 340, qui et sequentes post eum errores a me correcti sunt die 12 maii 1943 a.

\+ Petrus Franciscus Bučys, M.I.C.

ti candidatorum admittendorum ad Congregatio-
nem et ad singulares munera in ea solet fie-
ri iuxta Constitutiones et quidem maxima cum
cura et solicitudine. Omnia verba ista vera et
vera sunt. In concretum forsan videbimus des-
cendendo ad eas res, nempe: a) diligens examinatio di-
rectorum spiritualium in singulis conventibus novi-
ciatus praesertim et b) elaboratio instructionum pro iis.
Ultimo tamen res, cum submittenda sit Capitulo
Generali, committitur ex numero eorum fratrum
[illegible] propriis decernendum antequam [illegible]
recipiet. Huiusmodi res maxime est debitore ob eo,
a quo exsequenda est. In eorum obtinendi instructio-
nes a me elaboratae ante [illegible] Capitulum anni 1933
Vix melior sors sperari potest iis quae nunc elabo-
rare possumus quas praeter forte instructionis de Coo-
peratoribus Marianorum hoc anno 1943 Consilio Ge-
nerali propositae. Ipsa reiecta est et [illegible] alia
in eius locum substituenda.

Die 9 iunii 1943. Miserabilis creatura apud ho-
mines censetur esse canis, qui tamen solet esse fi-

delis proprietario suo etiam tunc, quando ab eo
flagellis percutitur aut virgis. Adhuc miserabilior
est scopa, qua homines utuntur ad immundi-
tias removendas et dein despicientes eam in obscurum
relegant locum. Nihilominus accidit aliquando in
societatibus hominum aliquos fideles et utiles
male tractari ab eis, quibus sincere serviunt.
Beatus homo cui talia pati evenit, sciat Deo
reddere gratias. Non enim parva est res fideli-
tatis virtute cani aequalem esse; adhuc maior
est eum superare. Adhuc difficilius est homini
munus scopae obire et nullam remuneratio-
nem, nisi despectum vile percipere. Felicitas autem
ista in eo consistit, quod huiusmodi homo
remuneratione non fraudatur, sed non in hoc
saeculo retributionem percipit. Deus ei centuplum
et, probabiliter, plus quam centuplum redditurus est
in vita futura. Nemo potest hanc retributionem
sperare, qui virtute spei caret, et spes sua evolvi-
tur nisi in substrato fidei. Pauper cor meum non an-
helat virtutem canis et meritum scopae, sed desiderat

retributionem in vita futura. Immo veritate impellitur fateri se nondum attigisse meritum istud.

Die 10 iunii 1943 Hodie Romam ex Lithuania venit notitia officialis duos sacerdotes Marianos Georgium Kaszyra, albarussum, et Antonium Lesniewski, polonum, catastrophica morte interiisse. Non indicantur circumstantiae huius mortis catastrophicae, probabiliter, quia non licuit eas mentionare. Ratio vindicandi mortem organorum occupationis involvit in Lithuania ope obsidum, qui morte afficiuntur propter culpas alienas. Fortasse et isti duo hoc modo necati sunt.

Heri satis prolixe et amico modo conversatus sum cum Rev-mo Ladislao Mroczek qua ex conversatione apparet spes perveniendi ad totalem conformitatem opinionum eius et mearum. Differentia tamen adhuc videtur esse in concepto pietatis, quam ipse videtur praeferre in forma exercitiorum affectivorum, ego autem

puto utiliorem esse formam intellectualem et voluntate productam. De hac tamen re necesse est ulteriora inter nos instituti colloquia, quia mea opinio adhuc nimis fluctuat. Praesens differentia in concipienda natura pietatis videtur non posse afficere unitas in conatibus ad pietatem istam promovendam. Unitas autem ista omnino requiritur ad reddendam fructuosam actionem.

Die 11 iunii 1943. Saepius mihi proposui ita vitam meam ordinare, ut integrum tempus a hora 8 vespertina ad h. 8-am matutinam sit Deo dedicatum, oratione incipiens et oratione exiens. In hoc duodecim horarum spatio posita est inevitabilis requies nocturna septem horarum, qua durante somnus me facit inconscium. Somnum igitur meum oratione praeparatum et Deo dicatum volo ordinare eo modo, qui non noceat communicationi spiritus mei cum Deo. Cui rei maxime nocent interruptiones in somno, nam tunc evigilando mens mea non ad sub-

limis elevatur, sed potius ad infima dirigitur. Oportet igitur allaborare, ut expergiscens mens, antequam quidquam cogitet, Deum adoret et discat huiusmodi adorationis consuetudinem contrahere, quae sponte sua ad Creatorem me vertat. Interni processus physiologici omnino ad id non disponunt. Sed antequam sopor somnium aperiat vivida recordatio inevitabilis mortis certe paucos post annos secuturae, fortasse aptum est fundamentum constituere, quod influat in desideratae directionis conversionem evigilanti compotis mei mentis. Non est difficile unam horam, quae somnum praecedit, orationi et piis cogitationibus dedicare. Quo minores et rariores in hac hora occurrunt distractiones, eo melius substratum piae vigilationi conditur. Iam satis assuefactus sum tempus post requiem nocturnam terminatam, id est, a h. 4^{45} ad h. 8-am matutinam orationi consecrare, nempe orationi vocali quando vestibus induor, lecti-

ni Scripturae Sacrae, quod vestitionem sequitur, recitationi Rosarii et Horarum Diurnarum Breviarii et „Čistki", si tempus remanet ante Meditationem. Postea Meditatio, Missa, gratiarum actio et transitus in refectorium. Maior difficultas occurrit in ~~mente~~ tenenda mente ad Deum directa tempore ientaculi. Ad istum punctum debeo conatus meos fortiores dirigere. Facilius est cetera spiritu orationis absolvere, nempe Visitationem Sanctissimi, lecturam Constitutionum, Thomae a Kempis et lectionis spiritualis. In duobus igitur punctis deficio: a) distractae vigiliae, quae ter aut quater in nocte occurrere solent, et b) distractio durante ientaculo, quamvis in silentio id faciam. Huius secundae distractionis causam usquemodo non potui invenire, sed spero distractionem istam abolitam iri etiamsi non inveniam causam eius.

12 iunii 1943 a. Hodie cogitavi de eo statu provinciae Marianae, ad quem producendum utile est dirigere conatus et ponderare ac examinare media aptissima. Itaque censeo in bene evoluta provincia

debere esse aliquot instituta, quae iuvenes praeparent ad activitatem, quae Congregationi nostrae conveniant. Talia instituta sunt: a) novitiatus, b) seminarium clericale seu maius, c) seminarium minus, seu iuvenatus, d) schola ad efformandos fratres laicos, e) schola apostolica, seu alio nomine insignitum institutum ad educandos pauperes pueros praesertim orphanos, ex quibus deinde aliqui, ~~omnes~~ qui vocati sunt, assumi possint ad educationem superiorem et ad evolvendam vocationem eorum.

Non potest dici exaggeratum desiderium habendi quinas bene praeparatas ordinationes sacerdotales unoquoque anno. Ad attingendum hunc scopum necesse est habere in IV anno theologico saltem 5 alumnos, ac proinde in III an. sex, in secundo septem, in primo octo aut novem, in II cursu philosophico non minus quam decem, in I-mo vero saltem duodecim; ac proinde in seminario clericali deberet haberi 48–50 alumni. Quapropter, ut numerus iste haberi possit

in iuvenatu debent haberi non minus quam 120 aut 150 discipuli. Saltem quinquies maior debet esse numerus puerorum in orphanotrophiis (aut schola apostolica), ut nonnisi caute selecti ad studia in seminarium minus admittantur. Melius est non unam scholam apostolicam cum 600 orphanis instituere, sed potius tres aut quatuor, aut etiam sex. Itaque ad solide praeparandum annuum augmentum quinque sacerdotum oportet haberi plus quam 800 /octingentos/ educandos.

Ad recte et solide faciendam educationem eorum requiruntur 10 professores in seminario maiori et 15 in seminario minori. Sed aliqui eorum possunt docere simul in utroque instituto et ita numerus eorum communis potest reduci ad viginti. In orphanotrophiis adhibenda est collaboratio sororum religiosarum; sed ~~ea~~ non exclusive. Saltem duo sacerdotes ~~requiruntur~~ cum aliquibus fratribus laicis requiruntur ad invigilandum pueris cuiusque orphanotrophii. Itaque non minus quam duodecim Mariani ad hoc munus destinari debent. Ita-

quae octingentis educandis adiungendi sunt 32 educatores. Onus providendi necessitatibus istis annuum est tremendum et inducit ad quaerenda media minus ponderosa ad assequendum finem. Sed media ista faciliora certo certius productiva sunt debilioris educationis ac proinde peioris valoris ministerii sacerdotalis in Provincia, quapropter recursus ad faciliora media dicendus est potius tentatio et vitandus, nam secum fert periculum. Adhibitis autem mediis difficillimis et ponderosissimis valde probabilis oritur spes post 20 annos numerum sacerdotum in Provincia triplicatum haberi; nam praeter eos, qui a nobismet ipsis praeparabuntur, attrahentur etiam alii, qui propriis expensis sacerdotium assecuti sunt. Sed isti secum portabunt periculum diminuendi disciplinam, observantiam, spiritumque Marianum. Incrementum autem multiplicari solet plus quam praevisum est, si praevisa difficillima media recte et stricte applicantur. Tunc enim diminuitur praevisus decidentium numerus, qui

abeunt aut dimittuntur antequam ad sacerdotium pertingant.

Provincia debet habere novitiatum tum pro iis qui seminario minori admittuntur ad classes superiores. Si 12 computantur admittendi ad philosophiam, saltem 20 debent esse qui eodem tempore et schola media, seu IV classe gymnasiali, in classem V seu scholam superiorem transeunt. Praeterea in novitiatu ~~deb~~ desiderantur etiam candidati ad ordinem fratrum laicorum. Itaque novitiatus est computandus circiter 25 aut 30 personarum. Ad educandos eos saltem duo sacerdotes requiruntur, nempe Magister Novitiorum et Socius eius, quibus adiungitur pater spiritualis, qui — tamen, in Domo Novitiatus habitans, habere potest aliqua officia extra novitiatum. Sed utilius erat opus suum, si exclusive directioni spirituali dedicaret tempus et laborem suum.

In schola ad educandos fratres laicos saltem tres sacerdotes educatores requiruntur; educandi autem sunt omnes fratres votorum temporaneorum,

scilicet non minus, quam quindecim animae. In casu bonae ordinationis huius scholae numerus vocationum ad laicatum crescet et ea propter numerum fratrum huius scholae alumnorum incrementa caperet. In omni casu numerus personarum in hac schola non potest computari infra 25, educatoribus inclusis.

Quapropter attingentis supra memoratis personis addendae sunt adhuc circiter 50-55 personae a Provincia alendae et sustentandae. Expensae igitur apparent esse formidabiles. Sed et ii, qui opus provinciae dirigunt, ipseque Provincialis superior, cui quoque proximi adiutores alendi sunt sumptibus Provinciae, cui incumbit onus portare notam partem in sustentanda Curia Generalitia. Ad providendum victui tot personarum fere 900 sufficeret ager cultus circiter 300 hektarorum; qui sanioribus indiget, et sufficientia alimenta producat.

Idea principalis huius conceptus est: exercitis beneficientiae erga maxime infelices orphanos superstitione incrementum Provinciae. Cum exercitium istud quasi fundamentum doctrinae Christi constituat, ideo opes adiutorii Divini est certa. Beati qui credere id possunt!

Semel constituta hac ordinatione Provinciae mox apparebit excessus proventuum superans expensas. Tunc condi poterunt varia alia opera, ex. gr. editio librorum ac ephemeridum, erectio scholarum pro extraneis, xenodochia pro senibus et multa alia. Iam multoties apparuit in Ecclesia magna detrimenta subiisse fideles, qui opibus suis utebantur non ad iuvandos infelices, et e contra feliciter fuisse superata pericula eorum, qui opibus a Deo datis utebantur ad amorem proximi exercendum erga pauperes, infirmos aut alio modo infelices.

__Die 13 iunii 1943.__ Mira est efficacia orationis ad S. Antonium Paduanum pro recuperandis rebus perditis aut furto ablatis, quae efficacia probata est experientia plurium hominum diversissimis in locis ac variis multisque tem-

poribus. Clara memoria teneo diem quasi immediate sequentem post studia mea in Academia R. Catholica Ecclesiastica absoluta Petropoli anno 1899 initio mensis iunii. Tunc omnes iuvenili ardore praeparabamus nostrum definitivum exitum ex praefata Alma nostra. Adhuc vivide conservatur in memoria mea tristitia commilitonis mei Jarzynowski, qui afflictus interrupit praeparativa exitus mei annuntiando se habuisse centum rublos in una assignatione chartacea, quae disparuit ex loco, ubi posita ~~fuerit~~ fuisset. Perdita nuntiata est quidem oeconomo Academiae, qui nullam dedit opem recuperandi pecuniam, quia series et numerus assignationis non fuerant notati et ignorabantur. Tunc uterque ivimus in capellam academicam oraturi ad S. Antonium. Post sinceram orationem redivimus unusquisque ad cubiculum suum, ego quidem ad prosequenda praeparativa mea, ille vero ad deflendam perditam suam. Paulo post Jarzynowski

radiante facie quasi irrupit in cubiculum, ubi ego inveniebar et exhibuit mihi assignationem, quam recuperaverat. Invenit eam immissam in librum, quem ante orationem diligentissime perscrutaverat nihilque invenerat. Ceterum ipse optime noverat se non in libro isto thesaurum suum collocatum habuisse ante perditionem. Itaque denuo ivimus in capellam ad reddendas S. Antonio gratias. Huiusmodi res repetuntur variis in circumstantiis sub variis formis ac sub eadem substantia; recuperantur enim res perditae aut fraude sublatae, quando S. Antonius intercedit. Puellae nubiles raro narrant, saepius vero orant ad S. Antonium, ut inveniant sponsum, quem non perdiderant, hoc modo credentes hunc sanctum efficaciter invocari etiam ad id habendum, quod desideratur, quamvis a nemine fuerit sublatum. Confidentia earum quamquam non peccaminosa, sed puerilis satis clare apparet. Nihilominus etiam ipsa potest esse utilis doctrina mihi. Sunt enim

res, quibus et ego careo, etsi non perditiosum sum. Imprimis est perfectio vitae meae religiosae, quae non obstante provecta aetate mea adhuc in gradu multum inferiore, quam decet, invenitur. Secunda vero res qua careo est sapientia et fortitudo necessariae ad promovendam vitam Marianorum spiritualem ad gradum vitae vocationi religiosae requisitum. Fortasse s. Antonius, magnus amator perfectionis efficacissimusque praedicator et exemplar spiritualis fervoris, potest intercessione sua apud Deum iuvare nos ad obtinendum id, quod non perdidimus, scilicet debitam altitudinem spiritus religiosi. Si autem refrigeratus est in nobis primitivus spiritus fervoris, ipse sane credendus est velle adiuvare nos in recuperando hoc amisso fervore, quippe quod in oculis suis multo maioris valoris est quam restitutio perditorum bonorum temporalium. Raro Pascha occurrit die 25 martii; raro igitur festum s. Antonii coincidit cum die Pentecostes. Si intercessio

s. Antonii non sine ratione creditur efficax esse ad acquirenda duo bona maximi momenti quibus careo, incomparabiliter maior est potestas Spiritus Sancti, qui „hodierna die illapsus est apostolis." Itaque per intercessionem s. Antonii curro ad Spiritum Sanctum, ut benedicere et erigere dignetur me ac dilectissimam Congregationem CC RR Marianorum, quae nunc temporis cursui meo tradita invenitur.

Die 14 iunii 1943. Hodie conversatus sum cum Rev-mo Vicario Gen. Ladislao Mroczek, M.I.C., de pietate promovenda in Congregatione nostra. Colloquium versabatur circa naturam pietatis, media quibus promoveri possit, et applicationem ad virtutes totamque activitatem Congregationis nostrae promovendam. Contulimus conceptus et opiniones nostras de hisce obiectis principalibus. Statim initio patuit utriusque nostrum persuasionem nostram communem concordem esse in quaestione de essentia pietatis, quippe quae consistat in conformitate hominis voluntati Divinae. Immensa est varietas

manifestationum pietatis, sed non est pietas vera, quae non praecipue tendat et attingat ad conformandam voluntatem hominis voluntati Dei. Item apparuit concordia in quaestione mediorum, quibus pietas producitur, fortificatur, perficitur. Media ista sunt: oratio et oboedientia. Utrique nostrum persuasum est ad pietatem perficiendam requiri etiam humilitatem et varias formas mortificationis; necessarium quoque esse moderatorem spiritus, qui conatus singulorum ad assequendam pietatem dirigat. Unanimiter censuimus mortificationem esse tractandam una cum oratione, directionem vero spiritus simul cum oboedientia. Quaestio solummodo methodi plus vel minus commodi est: tria media statuenda esse primo loco, an duo nominis. Sed nullum admittitur dubium de absoluta necessitate humilitatis ad recte colendam in Congregatione nostra pietatem. De hac re statuimus etiam alia die colloquium instituendum esse. Colloquium nostrum duravit plus quam unam horam cum dimidio.

Die 15 iunii 1943. Nudius tertius sincere scripsi de s. Antonio Patavino laudans efficaciam intercessionis eius et intendens recurrere ad eum eis in necessitatibus, quae incumbunt mihi tum in vita mea interiori, tum in officiis muneris mei. Sed eheu tristis est natura humana in me, seu potius talis quae ad tristitiam inducat; nam heri quasi nihil cogitavi de s. Antonio et hodie parum. Inde sequitur utilis admonitio: nondum sufficit bonitas divina, quae hominem doceat, sed requiritur actio supernaturalis, quo cor hominis sanetur ad trahendum usum ex veritate ei subpeditata. Censeo me hanc gratiam accepisse, sed adhuc necesse est ea uti; quod sine additita gratia non fit! Nemo furatus est gratiam istam, nemo me fraude privavit ea, sed S. Antonius necesse est intercedat, ut eam accipiam ac bene utar. Ex nunc s. Antonium inter patronos, quos veneror, addam.

Res insolita accidit mihi: actus fidei, spei, caritatis, contritionis bonique propositi;

quas a multo tempore aliquoties repetebam quotidie, repetere non potui. Obstaculum quoddam invisibile et intangibile me obtundebat, nec intelligere potui cur vel quomodo. Si id factum fuisset heri, nocti insomni attribuissem, sed nocte praeterita bene dormivi tota nocte ab h. 9 ad 4 1/4. Requies septem horarum mihi est mensura adaptata naturae meae. Longior somnus superfluus est et fit iniquitus, brevior vero non sufficienter refocillat me ad opus intellectus. Septem vero horae utrique carent defectu. Impedimentum memoriae, quod supra mentionavi, non potest esse phaenomenon mysticum somnum originis divinae, nam hodie plus quam diis diebus obsidebant me sensationes malae et ex cerebro prodibant cogitationes spiritui nocivae. Non propero phaenomena ista attribuere actioni diabolicae in me, nam in natura mea adhuc sunt tot tantaeque res inordinatae et malae, quae sufficiant ad explicandum

malum, quod me affligit. Adhuc nimis multae sunt in me latebrae, ex quibus prorumpunt variae res inordinatae, quae cito fierent peccata si consensus accederet. Ad sanctum igitur Antonium recurro, ut ipse latebras istas lumine caelesti purificet.

Die 16 iunii 1943. Ego scripsi hodie epistolas ad sacerdotes S. Varkala, Joan Alekna, M.I.C., Petrum Dravaniauskas, aegrotam religiosam Constantiam Tranavičiūtė ex Congregatione Auxiliatricum a S. Joanne Bosco fundatam. Itaque iam non sunt residuae epistolae ad respondendum eis, ac proinde sublatum est impedimentum ad totaliter applicandum me ad peragenda exercitia spiritualia annua, quae volo aggredi Dominica I post Pentecosten, 20 iunii, ut possim absolvere die 29 in festo S. Petri mane.

Hem absolvi ex biographia sacerdotis J. B. Pranaitis de sua actione initio anni 1903 a Januario ad Dominicam in Albis. Sequens caput tractare debet de suo itinere ad providendum urgentibus necessitatibus morum parochianorum in variis locis re-

giani Turkestan dispersorum.

Scribendo biographiam istam sperari quosdam notitias accipere ex testimonio sui commilitonis in seminario Sejnensi et in Academia Petropolitana. Iam olim sacerdoti Polo Dvoranaskas et aliquot litteras scripseram, sed ex responsis suis patet vix quidquam inde sperari posse. Habet quidem ipse imagines photographicas, sed tempore belli vix potest eas mihi transmittere.

Debilitas memoriae, quae heri me notabiliter inquietum reddebat, hodie videtur disparuisse ita, ut in ordinarium redierim statum. Sed et in eo non desunt notabiles defectus. Sic enim ante paucas horas venit mihi in mentem observatio quaedam satis magni momenti; tamen non potui notare eam, quia post prandium meridianum ambulabam in horto et nolui redire ad notandam observationem istam. Nunc autem et tempus est ad scribendum et aliae circumstantiae propitiae, sed deletum meum obiectum et naturam observationis illius

<u>Die 17 iunii 1943.</u> Hodie attente audivi veridicam narrationem de interemptione sacerdotum Marianorum Antonii Lesczewicz et Georgii Kaszyra. Ille fuit natione polonus, hic vero albarussus. Mortem eorum praecessit luctamen inter germanos, qui occupant Albam-Russiam et inter communistas russorum, qui immanem multitudinem armatorum hominum descendere faciunt ope machinarum aviatoriarum, eis suppeditant non solum arma levia, sed ipsa quoque tormenta bellica, immo etiam sic dictos <u>tanks</u>, seu currus, qui ab intus moventur et contra ictus inimicorum parietibus ferreis protecti, igneos profundunt globulos. Hoc modo ordinati et armati fortes cunei militum russorum occupant notabiles partes territorii sub manu militari germanorum positi et cogunt populum ad obediendum sibi. Inter hos cuneos et inter cohortes germanorum verae oriuntur pugnae. Sacerdos Lesczewicz optimum opus faciebat apostolicum circa Rosica, cuius populus a iugo atheorum russicorum liberatus tam libenter ad Christum redibat, ut eae.

aliquando uno die ducentos baptizavit et in una hebdomade mille dissidentes Ecclesiae Catholicae reconciliavit. Cum Rosice et vicina loca ab aviatoribus russorum occupata fuissent auctoritates germanorum censuerunt populum istum esse puniendum et sacerdotes castigandos. Georgius enim Kaszyra admirabat Leszczewicz'ium in opere apostolico. Terribilis fuit punitio populi post expulsos cuneos russorum. Viri enim robusti selecti sunt et deportati in ignotam regionem, senes vero infantes et mulieres inclusi omnes cum sacerdotibus in aedificio ecclesiae quondam ab atheis profanatae nunc autem a sacerdotibus reconciliatae. Ex ista multitudine sumebantur successive non magni numerus hominum et portabantur versus extremitates pagi et includebantur in domibus, deinde vero hae domus una cum inclusis hominibus comburebantur. Si quis fugam tentabat, occidebatur a militibus incendiatoribus. Sic trucidato uno manipulo hominum, ex ecclesia sumebatur secundus manipulus et sic diminuebatur multitudo inclusa in ecclesia. Inter ultimos qui inde sumpti sunt, fuit et sacerdos Leszczewicz. Sacerdos vero Kaszyra remansit. Tandem sumptus et

et ipse cum assertione cum hora sexta reditturum. Reapse hora sexta ipse rediit. Crastina die voluit celebrare Missam, sed non potuit, nam clavis sacristiae in receptaculo vestium Leszczewicz una cum eo ipso ablatus erat. Sac. Kaszyra tacebat, sed ex eius apparentia solide coniiciebatur eum fuisse subiectum interrogatorio cum tormentis. Deinde ante meridiem et ipse ablatus est. Nec quisquam vidit eum ultra. Omnia ista facta sunt anno 1943 ante exitum mensis martii. Narratio huius eventus procedit ex fonte non suspecto, quamvis nomen testis non licet notare hic, non enim sufficienter protectus est liber iste contra eos qui cupidi sunt vindictam exercere in testem.

Die 18 iunii 1943a Valde difficile est homini se ipsum liberum reddere ab oppressione amoris proprii. Etiam satis firmum desiderium amandi Deum propter Deum nonnunquam corrumpitur inconscio motu animi, qui amorem erga Deum non anhelat nisi ideo, quod iste amor ad perfectionem hominis requiritur. Itaque propriae perfectionis amor fit altior amore Dei. Difficile est hunc inconscium motum animi

et ipse cum assertione eum hora sexta rediturum. Reapse hora sexta ipse rediit. Crastina die voluit celebrare Missam, sed non potuit, nam clavis sacristiae in receptaculo vestium Lemoszewicz una cum eo ipso ablatus erat. Iac. Koszyra tacebat, sed ex eius apparentia solito conicielatur eum fuisse subiectum interrogatorio cum tormentis. Deinde ante meridiem et ipse ablatus est. Nec quisquam vidit eum ultra. Omnia ista facta sunt anno 1943 ante sextum mensis martii. Narratio huius eventus provenit ex fonte non suspecto, quamvis nomen testis non licet notare hic, non enim sufficienter protectus est liber iste contra eos qui capaces sunt violentiam exercere in testem.

<u>Die 18 iunii 1943a</u>. Valde difficile est homini se ipsum liberum reddere ab oppressione amoris proprii. Etiam satis firmum desiderium amandi Deum propter Deum nonnumquam consumpitur incessanti motu animi, qui amorem erga Deum non anhelat nisi ideo, quod iste amor ad perfectionem hominis requiratur. Itaque propriae perfectionis amor fit altior amore Dei. Difficile est hunc incessantem motum animi

proprii detegere in semetipso, sed adhuc difficilius est eum, ubi iam detectum, e corde proprio expellere non expellendo amorem erga Deum, quamtumvis amor iste imperfectus sit. Nihilominus melius est amare Deum imperfecte, quam non amare. Usquemodo non inveni modum nec medium ad fugiendum amorem proprium ex subconscientia, quando ipse eam corrumpit. Certe tamen corda humana in rectam erigi viam et ab amore proprio liberari patiendo difficultates dolorose propter Deum. Quo maior et dolorosior est passio, eo facilius purus amor Dei evolvitur, eo minores fiunt fallaciae. Quando patitur dolor voluntarie, adhuc amor proprius subsistere potest, sed irruentibus doloribus involuntariis, tranquilla resignatio ad patientiam instaurat pronam coniectionem cum Deo. Quapropter „Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum" (Mat 5,10). Quando huic patientiae additur infirmitatis defectusque sui conscia oratio, gratia Dei tollit

defectum, quem eradicare non valet ne sincerum quidem studium ipsius hominis. Hanc igitur viam ingredi intendo, ut amor meus erga Deum liber sit ab amore mei ipsius. Hoc in negotio ad B. V. Mariam recurro, cuius suffragia peto auxiliumque imploro.

Die 19 iunii 1943. Hodie locutus sum cum Rev-mo P. Ladislao Mroczek de promovendo spiritu pietatis in Congregatione nostra et quidem asserui asseveri esse quosdam homines, qui censeant pietatem consistere in peragendis longis orationibus, crebris et pulchris functionibus cultus divini, in mortificationibus, aliisque similibus actibus. Antequam ego phrasim meam finirem Rev-mus Vicarius Generalis dixit pietatem consistere in exercenda ab hominibus voluntate Dei; quod ego quoque censeo esse essentiam pietatis. In hoc igitur est perfecta conformitas inter nos. Prosecutus vero inceptum colloquium ego dixi voluntatem vero Dei ab hominibus adimpleri exercitio virtutum, quod et Rev-mus Mroczek integre approbavit. Cum autem ageretur de modo circulari ad hu-

periores Provinciales, ubi ego eis commendabam Regulam Decem Beneplacitorum et suggerebam in unaquaque Domo Congregationis nostrae seligendam esse unam ex decem virtutibus in eadem Regula mentionatis eandemque exercendam, tunc interrogavi qualem ipse, cum Superior Domus Romanae sit, ~~aliquid~~ eligerit ad exercendum hoc anno. Rev-mus collocutor non statim respondit et dedit mihi occasionem ad meam mentem pandendam. Tunc ego dixi obedientiam esse fundamentalem virtutem pro religiosis et locutus sum de obedientia Societatis Jesu, de eiusdem virtutis relatione cum vigore operum cuiusque familiae religiosae. Mentionavi cultum obedientiae in societate s. Francisci Salesii a s. Joanne Bosco fundata, de eiusdem exercitio apud aliquos alios ordines congregationesque religiosas. Commendavi quoque paragraphum de humilitate in opere Huonder S.J., qui describit characterem s. Ignatii Loyola. Rev-mus Mrocek, interrogavit, num necesse sit opus perficiendi obedientiam in domo nostra? Ipsi videbatur eam iam esse satis bene observatam a

sodalibus, qui hanc domum incolunt. Ego vero adieci notabiles transgressiones virtutis non apparere, votumque obedientiae non violari, sed utile esse aliquatenus examinare statum huius virtutis, ut appareat utilitas perficiendi eam. In hoc colloquium nostrum disruptum esse superveniente tertia persona. Duabus circiter horis dapois resumpsimus colloquium nostrum de statu huius virtutis in domo nostra. Ego reduxi in memoriam aliquot casus satis recentes, scilicet ex tempore paschali huius anni, ex quibus feci conclusionem sequentem: Maximus Domus Romanae [illegible] habeant votum obedientiae, immo naturali probitate ducti colunt virtutem obedientiae, sed manifestatis huius virtutis caret cultura. Episodia, quae narravi, referebantur ad singulos fratres et patres domus nostrae duobus nobis, qui loquebamur, et uno patre provectioris aetatis excepto. Rev-mus Mrocek in fine colloquii huius videbatur agnovisse meam assertionem. Ego tamen censui non esse nimis celeriter premendum et re-quirem et ex decem diebus, scilicet tempore exercitiorum

spiritualium, quas aggressuri sumus crastina die, adhuc esse considerandam, ut possimus adhuc una vice ea de re opiniones nostras conferre.

<u>Die 20 iunii 1943a.</u> Mox incipiam octo dierum exercitia spiritualia annua, ut die 29 iunii ea finire possim quasi eodem tempore cum conclusione exercitii bimensilis, quod renovatio spiritus nostri ad § 253 Constitutionum nostrarum praescribitur. Exercitia ista intendo ego solus peragere iuxta Gen. Bucceroni, Esercizi Spirituali. IV ed. 1938. Cum censeam meditationes faciendas esse aliquatenus longius quam ½ hora, ideo meditationem matutinam cum precibus matutinis intendo facere in cubiculo meo ita tamen ut hora 6 mane incipere possim Missam meam cum caeteris et sic evitem perturbationem ordinis diurni in Domo nostra. Magni momenti sunt exercitia spiritualia annua eo magis, quod senectus mea iam adest et mors appropinquatur. Mense enim sequente annum 71-mum aetatis meae concludo. Quo propior est mors, eo magis est necessaria praeparatio ad eam. Adiutorium Dei humiliter imploro.

<u>Die 21 iunii 1943.</u> Heri una cum precibus vespertinis inchoavi exercitia spiritualia annua. Sed hodie non potui silentium sufficienter observare. Absentibus enim e domo Superiore et secretario, cum solus remanerem, Catania (ex Sicilia) venit clericus Vincentius Mirceščius filius legitimus mulieris consanguineae Renovatoris Congregationis nostrae Georgii Matulaičius, et ortae sunt quaestiones, quae non solum tempus liberum inter exercitia occupaverunt, sed et meditationi meae vespertinae, iam domi praesentibus Consiliariis Generalibus maxima obstacula constituerunt. Quapropter prima haec dies parum emolumentum spirituale attulit.

<u>Die 22 iunii 1943</u> iam nulla fuerunt impedimenta externa ad rite peragenda exercitia spiritualia, sed somnolentia in valde magno gradu detenebrabat mentem meam tum in faciendis meditationibus quam in legendis instructionibus. Quasi totum tempus eis dedicatum transibat in luctamine contra somnolentiam. Imperio voluntatis vix adigebam me ad legendas paucas

phrases ex opere J. Buceran, Esercizi Spirituali et statim somno victus conscientiam mei perdebam, sed post paucissima momenta denuo evigilabam et denuo legebam et denuo somno victus inconscius mei reddebam. Et sic transibat integra hora, exercitio dedicata. Longitudo somni nocturni praecedentis noctis fuit ordinarie ab h. 9 1/4 ad 4 1/2, sed propter stomachi disturbationem multoties coactus fui hac nocte surgere. Cum autem voluerim non perdere exercitia postmeridiana, ideo post prandium dormivi una hora. Evigilans hora 3-ia postmeridiana me aggressus est instructionem, quae huic tempori assignata fuit, somnolentia. Ista fuit multo minor, quam ante meridiem, sed non disparuit ac aliquoties me oppressit. Cum autem venissem ad recitandum Breviarium, omnino nullam expertus sum difficultatem. Post recitationem Matutinum cum Laudibus anni esse respondendo-as priores huius diei meditationes somnolentia iterum se manifestavit, sed multo debiliore gradu. Quapropter fructus priorum huius diei exercitiorum non est totaliter perditus, saltem substantialiter servatus.

Tertia autem meditatio iam procedebat sine ullo obstaculo. Laudes et gratiae sint Domino nostro Jesu Christo! Ultima meditatio ista fuit de inferno. In fine eius venit mihi in mentem aliqua consideratio: Nisi poenae inferni essent aeternae et aliquo sensu infinitae, non fuisset satis sufficiens ad inducendum Filium Dei ad subeunda terribilia tormenta crucis et mortem teterrimam. Magnitudo dolorum Redemptoris aliquatenus indicat aeternitatem poenarum a quibus Ipse liberare voluit saltem aliquos homines.

Die 23 iunii 1943. Tertia dies exercitiorum meorum spiritualium annuorum, dies confessionis et dies meditationum de morte de iudicio particulari. Perlustravi summatim vitam meam, in qua plurima et gravissima fuerunt peccata. Cum tamen ea iam multoties confessus sim, recordatio eorum in me nonnisi necessitatem spei et fiduciae in bonitate divina provocavit. Valde tamen attristatus sum in memoriam revocando modum, quo sacramentum poenitentiae administrabam mulieribus, recidivis,

occasionariis. Conscientia quidem mea non exprobrabat mihi abusus mala voluntate factos, sed testata est multoties fuisse acceptionem personarum quae favebat poenitentibus cum detrimento dignitatis sacramenti et auctoritatis legis, quod sane etiam in detrimentum ipsis poenitentibus exiit. Haec omnia iam praeterita sunt et careo facultate reparandi ea. Ad Deum igitur gemens procumbo, misericordiam suam implorans mihi et iis, quibus nocui. Multi eorum iam mortui sunt, non pauci adhuc vivunt. Pro vivis igitur oro ardenter, ut Deus abundantiore gratia errores meos reparet et damna inde provenienta corrigat. Ad succurrendum autem mortuis incumbit mihi debitum lucrandi indulgentias easque applicandi, divina Omniscientia indicante, iis quibus opportet.

Praeterea, iam 44 anni sunt ex quo Congregationi Marianorum inscriptus fui, in eaque tam propter intimum contubernium cum Renovatore Georgio Matulewicz, tum propter alias rationes officiis gravibus fungebar. Mea agendi ratio, et mea verba non parum contulerunt ad formandas consuetudines et usus ac spiritum renascentis Congregationis. Ultimis hisce annis valde afflictus sum, et non semel, laxitate consuetudinum, mundani spiritus fortitudine in sinu Congregationis et vidi usus omnino non conformes spiritui vitarum religiosorum. Reprobabam personas et non cogitabam de connexione horum malorum cum levitate animi mei, qui non insistebat in rigorosa observantia regularum ac consuetudinum familiae nostrae religiosae. Hodie clare apparuit connexio ista et officium meum quod inde sequitur, reparandi damnum. Difficilis, immo tremenda erit res, in iudicio particulari respondere Domino Jesu de his omnibus. Jesu, miserere mei!

Videor aliquod talentum naturale accepisse ad scribendum et satis multa publici iuris feci in ephemeridibus ac in libris separatim editis inde ab anno 1891. Cum tamen nunc activitatem meam integram considero, plurimos defectus in ea video. Multo maior est moles quam perfectio. Sunt quaedam diligenter praeparata, sed non desunt properanter in publicum proiecta.

Deest unitas operis, adest diversitas obiectorum quae tractabam. Sunt etiam aliqua inchoata et non finita, quaedam vero utilia propter dispersionem manent sine fructu. Maxime vero timeo hypotheses quae ex mente mea emanabant et antequam probaretur veritas earum, in scriptis meis insertae sunt. De his iam multoties cogitavi et proposui perlustrare opera mea, examinare sententias quae non sunt sufficienter probatae, eliminare eas, quae apparent esse falsae. Sed nescio, ~~dub~~ quando mors mea ventura sit, habeamne tempus ad perficiendum id quod intendo. Suppliciter igitur peto Omnipotentiam Divinam, ut saltem sensum poenitentiae meae acceptet et adiuvet ad arcenda vitia deplorata in iis, quae nunc a me scribuntur.

Die 24 iunii 1949. Quando S. Marcus concurrit eadem die cum Paschate, tunc etiam festum S. Antonii Paduani venit in diem Pentecostis, Corpus autem Christi in diem nativitatis S. Joannis Baptistae cadit; quae omnia facta sunt hoc anno currente. Maioris tamen momenti pro

me sunt veritates quas hodie considerabam in die IV exercitiorum spiritualium annuorum, adiutorio usus R.P. Ianuarii Bucceroni; Esercizi Spirituali.

Prima igitur meditatio fuit de Regno Dei, in qua Christus Dominus consideratur tamquam Rex debellaturus et victurus totum mundum, quem ad finem vocat ad se milites libera voluntate huic operi sese accincturos. Optime fecit Pater Bucceroni, recommendando ad legendum ex Scriptura S. caput decimum S. Matthaei, in quo narratur vocatio apostolorum et enumerantur officia ac munera apostolatus. Nam ipsa parabola de Rege bellum illaturo non est aliud nisi medium ad excitandum fervorem et quidem medium, sumptum ex saeculo XVI ex optimis illius temporis militarium coetuum conceptibus ac affectibus. Substantia autem rei est vocatio ad apostolatum et voluntas integro animo omnibusque viribus fidelitate absoluta prosequendi munera apostolica non timendo media, quae requiruntur, et sciendo ea futura esse difficiliora sacrificiis militum tempore belli.

Considerando has veritates sine involucro parabolae, rogavi Deum, ut concederet mihi animum apostolicum et indicare velit, quid mihi faciendum esset. Id quod deinde in corde et mente apparuit mihi considero responsum divinum esse, nempe me iam esse vocatum et inscriptum huic exercitui; immo et munus a me faciendum iam esse sufficienter clare indicatum. Providentia enim Divina me in duplici campo posuit, ubi laborarem et pugnarem, nempe trahendo me in Congregationem CC RR Marianorum et involvendo me in opus actionis catholicae erga Russos. Prior campus est magis immediatus et nunc quasi unice incumbit mihi; alter vero videtur esse remotus, nam activitas Ecclesiae in eo sine me fit et non indiget meo concursu; sed non sum liberatus ab eo et quasi futurae cuidam ignotaeque actioni servor. Itaque nunc non teneor de hoc russico campo cogitare nisi tantum, quantum Congregatio M.P. cum eo connectitur officiis quorundam membrorum suorum ritus slavi

Campus igitur in quo Rex Christus constituit me ad militandum Congregatio CC RR Marianorum est. Inter annos 1927 et 1933 ego amavi eam, sicut nunc amo, et bonum eius situm esse in extensione ad plures nationes, quapropter vires meas intendebam, ut provincia gallica conderetur. Sed voluntas Dei non fuit in eo, ac proinde conatus mei inutiles manserunt. Subsequens tempus manifestavit satis notabiles defectus in vita Congregationis interna. Maxima quidem pars sodalium bona voluntate ducebatur, sed habitus virtutum monasticarum apparuit fuisse similis arbori fructiferae quidem sed silvaticae, quae et parvos et imperfectos defectuososque producit fructus. Defectus culturae monasticae omnino manifestus est. Quapropter officium meum ac munus nunc est defectui huic providere et culturae votorum, virtutum caeterarumque negotiorum media apta invenire eaque ordinare et in usum continuum ac universalem in hac dilectissima Congregatione non solum introducere, sed et consolidare ac fortificare. Iam quaedam initia huius operis feci, emittens circulare de reassumenda

prae Regulae Decem Beneplacitorum. Initium istud nondum sufficit ad munus meum perficiendum.

Non potest vigorem habere Congregatio in qua virtus oboedientiae similis est flori silvaticae, quam sola natura producit sine adiutorio periti ac diligentis hortulani. Non evolvitur nec perfici solet virtus oboedientiae in familia religiosa, cuius superiores non dant subditis occasionem ad exercendam hanc virtutem. Quasi constans ratio superiorum nostrorum usquemodo fuit ea sola praecipere subditis, quae his placerent, in difficilioribus autem casibus procedere modo persuasionis. Deficiente praecepto deerat quoque occasio exercendi oboedientiam, deficiente vero occasione exercitii deerat principalis modus ad acquirendam virtutem. Itaque nunc inducendi sunt omnes superiores ad aliam viam ineundam. Ita igitur superiores potestatem praecipiendi exerceant, ut etiam educationi subditorum in virtute oboedientiae praestetur locus. Hac in re, sane, caute est procedendum et superiores vitent modos erroneos.

Quidam optimi superiores prudentibus suis praeceptis solent adiungere monitum: „hoc tibi praecipio, ut meritum apud Deum ex oboedientia tua habeas". Cum Constitutiones nostrae suadeant superioribus sese a praeceptis in nomine s. oboedientiae dandis abstinere, ideoque hic modus in Congregatione nostra adhiberi nequit. Neque opus est recurrendi ad eum, aut ad aliquod substitutum eius; sunt enim alii modi ad promovendam virtutem oboedientiae. Sed non commendatur modus praeceptorum manifeste inutilium et rationi sanae oppositorum. Talia enim praecepta satis faciliter percipiuntur dari ad experiendum in oboedientia aut ad examinandum eius statum in subdito, qui percepta hac intentione superioris faciliter exequitur stupidum actum, aperte irridens datorem praecepti. Perfectio oboedientiae consistit in conformitate voluntatis subditae cum voluntate praecipientis. Qui igitur iudicare vult de gradu oboedientiae subditi sui, attendat ad huius promptitudinem conformandi se cum voluntate praecipientis. In educando hac promptitudine maiorem-

dum est a praeceptis, quorum finis faciliter percipitur, et procedendum ad ea, quorum scopus minus appareat; procedendum adhuc ulterius ad praecepta quorum rationabilem finem mens subditi percipere nequit propter defectum aliquod spiritus ipsius subditi inhaerens. Quod ordinarie tunc fit, quando praecipitur res votis subditi contraria aut contradictoria. Immo perfecionis potest ad praecepta, quorum finem ac rationabilem naturam subditus omnino percipere nequit, sed et tunc praeceptum exequi tenetur modo conformi saltem sui ipsius sanae rationi, non vertendo assentionem in absurdum, neque in peccatum.

Omnia ista monita munus superioris reddunt valde grave addendo si onus educatoris ad onus administratoris. Per se patet superiorem non posse efficaciter educare subditos suos, eosque utiliter in obedientia exercere, si eos nimis multos habet; nam non parva est res praecepta, de quibus loquor, conformia reddere supradictis exigentiis. Itaque nonnisi immediatus superior potest esse immediatus educator obedientiae. Superior vero maior potest et debet regulas et consilia educationis elaborare, non vero ipse immediate ac per se eas exercere, nisi ad latus paucos subditos habeat. Regulas vero et consilia ipse elaborare potest, si non negligit percipere notitias superiorum localium eorum praxi acquisitas et verificatas. S. Benedictus superior simul et educator fuit. Ipse quoque statuit in una domo non debere esse plus quam 12 monachos sub uno superiore. Censeo hanc eius sententiam ex experientia ortam fuisse. Vix enim unus homo efficaciter educare potest plus quam decem aut undecim homines ita, ut ipsi boni religiosi fiant.

Non pauca alia adhuc sunt, quae utiliter de educatione obedientiae M.I.P. dici possunt; sed de ea se nunc iam non dicam, nam post exercitia ista colloquendum est mihi cum Rev.mo Vicario meo Generali.

Cogitavi hodie etiam de voto ac virtute paupertatis, quia haec res non debet quidem in Congregatione nostra, sed et ea similis est flori acet

fructum silvestri, ad quem producendum industria humana non utebatur adiutorio gratiae divinae, nec applicavit studium maturale. Re quidem vera bona temporalia personalia aut non possidemus, aut saltem non administramus. Itaque singuli caremus merito et virtute paupertatis. Sed domus et provinciae pollent bonis mobilibus et immobilibus sat notabilibus. Nec omnino expers est eis Curia Generalitia. Verum tamen est hisce ultimis annis 1939-1943 nos tremenda damna in bonis temporalibus passos esse. Id quidem sine nostra culpa propter belli calamitates factum; sed non sine permissione Divina. ~~Huiusmodi~~ Huiusmodi autem permissio, ut plurimum, tunc venire solet, quando bona terrestria non conformiter cum voluntate divina accumulantur aut adhibentur.

In antiquo iure canonico clare statuebatur superfluos proventus beneficiorum esse proprietatem pauperum. In Codice vero Iuris Canonici nunc vigentis clare eodem spiritu praecipitur gratuita sepultura, caeteraque obsequia parochialia et patrocinia in iudiciis ecclesi-

asticis. Beneficia vero nostra non parochialia ad nihil teneri videbantur. Defuit quidem huiusmodi doctrina apud nos, sed videtur adfuisse praxis. Pauperes parum usi sunt abundante et celeri incremento bonorum nostrorum temporalium. Conscientia nostra non turbabatur, nam proventus nostros expendebamus ad gratuiter educandos iuvenes, quorum valde magna pars postea nos deserebat, saepissime, valde ingrato animo. Videtur adeo aliquid, quod meliore ordinatione hac in re indigeat.

Bellum multos reddit infelices, plurimos facit pauperes. Voluntas Dei videtur indicare nobis talem ordinationem bonorum nostrorum, in qua provincia quaevis destinet notabilem partem bonorum suorum ad serviendum pauperibus et haec pars computetur inter expensas necessarias, non vero liberales. Sumptus ad ulteriorem evolutionem institutorum provinciae non deputentur, nisi seria parte bonorum impensa ad sublevandos pauperes.

Manualis distributio eleemosynarum bona est et singulae domus eam duplici forma exerceant:

a) alimenta in natura praestando pauperibus advenientibus, et b) vestibus, caeterisve vitae necessitatibus aut etiam pecunia succurrendo iis qui venire non possunt aut non audent.

Tamen principale exercitium beneficentiae oportet ita ordinare, ut institutum condat et sustineat ad providendum pueris orphanis aut caeteroquin pauperrimis. Loquor de pueris, non de puellis. Ad curam harum infelicium videndae sunt sorores, quarum Congregationem condidit Renovator noster. Cura (animarum) virorum puellis praestita utrique parti solet esse nociva.

Ex occasione meditationis de Christo Rege, seu de exercitio apostolatus in concredito mihi campo Congregationis Marianorum cogitavi etiam de voto et virtute castitatis et de mediis repellendi pericula, fortiorem reddendi virtutem, fugandam animi laxitatem, quae ad ruinam ducit incautos. Haec in re duo essentialia requiri videntur: a) non admitti eos, quorum stabilitas dubia est et b) admissorum voluntatem fortitudine, mentem vero sincera persuasione de necessitate huius virtutis imbuere, c) vitam communem ita ordinare, ut defectionibus quasi non relinquatur locus.

Intima cordis humani in quibus latent semina peccatorum carnalium a superiore religioso in subditis suis penetrari non possunt. In hoc consistit difficultas praeservandi Congregationem a tristibus lapsibus. Sed horum lapsuum causa semper est debilitas voluntatis, cuius vires apparent esse inferiores fomiti carnis. Vigor autem voluntatis colluctantis cum fomite carnis in duobus satis faciliter videri potest: a) in superando fomite bibendi potus excitantes, praesertim alcoholicos, b) in luctamine cum contracto habitu fumigandi folia nicotiniana.

Videtur igitur utilis esse regula: permittendi fumigationem tabbaci in novitiatu iis, qui cum contracto habitu in novitiatum intrant, sed non admittendi eos ad vota antequam hunc habitum vincant. Eadem permissio dari potest iis, qui iam scriptis porrexerint petitionem saecularizationis. Quibus 12 menses novitiatus non sufficiunt ad debellandum habitum fumigandi,

eis protrahatur novitatis, non autem enecabitur in cunctandi vita. Triginta trium annorum praxis adduxit me ad enuntiandum hoc propositum, cuius veritas anno 1910 adhuc me latuit.

Stricta abstinentia a potibus alcoholicis viget in omnibus provinciis et domibus nostris excepta Domo Romana, ubi adest moderatus usus vini. In quibusdam tamen personis iunioribus deprehenditur quidam nisus ad usum potuum extra domum et sine scitu superiorum, quod quidem satis periculosum est et indicat possibilem in futuro ruinam bonae consuetudinis, nisi prudens et maturum remedium afferatur.

Usus vini aliarumque specierum alcoholici potus, fortasse, potest permitti oeconomis et superioribus localibus urbanitatis causa, quando agitur de exercenda hospitalitate iuxta bonos et firmiter radicatos usus societatis, in qua existit Provincia. Sed usus iste non debet permitti in solemnitatibus, quae et non dantur in

honorem personarum extranearum, aut in quibus saeculares honorandae personae non adsunt. Permitti videtur potius moderatus alcoholicus vin documentum gratitudinis pro servitiis aut beneficiis praestitis ab hominibus, qui aliter vix retributionem accipere possunt. Deinde licentia danda esse videtur in casibus debilitatis per modum medicinae etiam propriis sodalibus, conscientia tamen superioris localis graviter admonita.

Adhuc quasdam magni momenti res hodie cogitari excitatus materia meditationum huius diei; tamen iam deest tempus notare eas. Deum itaque rogo, ut me adiuvet ad implenda quae scripsi. Scribo autem ea non solum, ut meam memoriam adiuvem, sed etiam pro eo casu, si morte praevenior, ut successor bonae voluntatis hisce perlectis adimpleat ea, quae ego non potui. Deus autem eum et me fortificet ad explendam partem operis quam cuique Sua Sapientia praeassignavit.

<u>Die 25 iunii 1943</u> a. Praeterita nox mea propter calorem aestivum et, fortasse, propter nimis abundantem

fore, ut sibi facultas concederetur munera sacerdotalia exercere. Episcopus Michael D'Herbigny, cum me in Americam mitteret exposuit mihi assensit facultatem hanc Nicolao Nawrocki concessam iri. In instructione, quae mihi anno 1933 ab Ill-mo et Rev-mo Dominico Tardini data est, clare mihi iniunctum fuit mihi curandum esse de Nicolao, cuius cognomen vitiatum quidem legebatur in documento instructionis, sed satis faciliter colligebatur agi de Nawrocki. Ipse enim commendatus fuit Sedi Apostolicae ab archiepiscopo Mar Ivanios an. 1932. Nemo praeter Nawrocki Nicolai nomine vocatus intentionem esse admittendi Ecclesiae Catholicae in Statibus Americae Sept. Foederatis manifestaverat. Capacitas Nawrocki ad discendum debilissima fuit, diligentia vero magna et amor practicae ordinariae operis. Ex quo tamen Ex-mus et Rev-mus Hamleto-Joannes Cicognani venit Delegatus Apostolicus Washingtonium D.C., Ex-mus ac Rev-mus Bohachevski, ordinarius catholicus Ucrainorum in America Sept. esse devotissimum manifestare coepit Nawrocki's

Mira fuit res insperata insubordinatio Vladimiri Alexandrov, qui cum post adventum novi Delegati Apostolici in Americam in ephemeridibus catholicis extolli coepisset, cessavit studia theologica incumbere, ex illo amiquato loco in Graymoor fugitivus descesserat, Baltimore Md in seminario archidioecesano apparuit favoribus auctus et libertate celebrandi in lingua anglica praeditus.

Junior vir, qui ab Ex-mo et Rev-mo B. Takač missus fuerat Graymoor et eius tutelae subditus, ad schisma relapsus est. Nawrocki amare conquerebatur de conditione sua. Ego vero ei patientiam et spem commendabam, nihil dicens ei de mea

condicione, quae ad contradictionis adigebatur. Munus enim erat mihi studiis praefectorum alumnorum vigilare et conferentias praebere variis in seminariis Americanis. Quamvis nulla opera fructuum ex hac vigilantia videretur, ego tamen ei fere totum tempus meum dedicabam. Ne tamen alterum mihi impositum opus neglegerem, profectus sum in seminarium Rochester N.Y., item Detroit Mich. et S. Bonaventure, N.Y. Itinera ista probaverunt esse futilia. Rev.mus superior instituti S. Bonaventurae non abscondit a me suam opinionem parum mihi faventem.

In America ego degebam Pontificiis salvi conductus munitus (passaporto), quod primis diebus mensis iunii 1934 an. exspirabat, quapropter Exmus Delegatus Ap. voluit mihi praescribendum esse Romam ad renovandum id. Respondi autem ego volui Sanctum Patrem certiorem reddere de inutilitate meae commorationis Americanae. Delegatus Ap. [illegible]

rescriptum meum mittendum esse in Delegationem Ap., quae assumebat [illegible] renovandi id. Ego vero iam non fidebam sinceritati Exmi Cicognani et timui sine documento in America manere. Commissione vero pro Russia [illegible] petitionem liberandi me a munere Visitatoris Apostolici, sed responsum non accepi.

Mense maio exeunte Neo-Eboraci (New York) ascendi navem „Rex" et die, nisi fallor, 2 iunii appuli Neapolim. Eodemque die sub vesperam redii Romam. Paucis diebus post audientiam habui apud Summum Pontificem Pium XI, cui porrexi breve scriptum et verbotenus addidi totum opus meum in America fuisse sterile propter varias irregularitates, quas fiebant superiores mei ecclesiastici. Summus Pontifex, cum careret tempore ad intentam investigationem, direxit me ad archiepiscopum Pizzardo, quem ego brevi post adii. Ipse tamen dixit mihi se valde occupatum [illegible]

...mia adigebatur.
...tudiis praefatam
...as praeferre vanis
Quamvis nulla
...lantia videatur,
...pus mandati-
...venili impositum
...m in seminari-
...it Mich. et S. Bo-
...a probaverunt
...is instituti S.
...dit a me suam

praepositum meum mittendum esse in Delegationem Ap., quae assumebat onus renovandi id. Ego vero eum non fidebam sinceritati Exc.mi Cicognani et timui sua documenta in America manere. Commissioni vero pro Russia semper petitionem liberandi me a munere Visitatoris Apostolici, sed responsum non accepi.

Mense maio exeunte Neo-Eboraci (New York) ascendi navem „Rex" et die, nisi fallor, 2 iunii appuli Neapolim. Eodemque die sub vesperam redii Romam. Paucis diebus post audientiam habui apud Summum Pontificem Pium

negotium ad feliciora tempora relegabat, non indicando mihi diem ad redeundum. Causa eum promisisse mihi indicaturum me tempus istud, sed numquam indicavit.

Salvum conductum meum ego restitui Praelato Philippo Giobbe, qui id mihi amplius non reddidit, sed dixit mihi abeundum esse meo salvo conducto (passaporto) lituano. Post aliquot dies ipse mihi suggessit propius eundum esse in Lituaniam, sed nullum documentum missionis vel delegationis dedit. Ex his omnibus ego intellexi me amplius non esse necessarium.

Ultimis diebus eiusdem mensis iunii 1934 redii Mariampolim. Diebus vero 28.VI–1.VII celebrabatur primus Congressus Eucharisticus nationalis Lituaniae Kaunae. Ego ibi veni et in eo Congressu participavi.

Mense iulio 1934 successor meus in munere Superioris Marianorum Generalis Rev.mus Andreas Cikoto ac praeses Commissionis pro Rus-

sia Exc.mus Dominicus Tardini scriptum obtinuit me esse liberum a quocumque officio in Commissione pro Russia ac proinde posse acceptare quodcumque munus apud Congregationem Marianorum. Stabilitum igitur est a superioribus huius Congregationis me munere Mariampole et munere patris spiritualis fungi. Cum tamen de hac re nullum scriptum ad me directum fuerit, sed Secretarius eiusdem Commissionis praefatus Philippus Giobbe solemnis mihi dixisset curae meae commissum esse opus ritus orientalis et missionum inter nostros Lituaniae, ideo ego aliquot loca visitavi et relationes scriptas de itineribus istis eidem Commissioni misi.

Principalis tamen occupatio mea fuit evolvere meditationes quotidianas in domo Marianorum Mariampolensi. Tempore currente has meditationes scribebam. Sed mense novembre exeunte Exc.mus archiepiscopus Kaunensis Josephus Skvireckas scripsit

mihi epistolam, qua me Kaunum mittebat ad curam spiritualem russorum gerendam. Ego statim adii archiepiscopum et difficultates operis ei patefeci, asserendo paucos aut nullos fructus ex opere sperari posse. Cum autem voluntas Summi Pontificis urgeret ad missiones instaurandas, ego proponebam tres vias, quarum una non fuit difficilis, sed [illegible] omnino sterilis, altera erat difficilis et parum fructuosa, tertia erat difficillima et, probabiliter fructuosa [illegible]. Archiepiscopus elegit secundam viam, scilicet, ut ordinarentur functiones liturgicae ritus orientalis lingua slavica et eis adderentur conferentiae apologeticae in lingua russa. Aptissimus locus ad functiones liturgicas mihi videbatur ecclesia S. Michaelis Kauni, quae quondam fuerat templum orthodoxum et [illegible] nationem [illegible] destructionem habuit. Consensus est cum Archiepiscopo has functiones incipiendas esse in Dominica in Albis 1935 an.

Inde ab eo die quotidie celebrabam in praefata ecclesia, cuius sacristanus Joseph Knezis, qui russicae linguae gnarus fuit, didicit legere antiphonas, troparia et condacia etc. Haec res duravit usque ad mensem septembrem.

Tunc episcopus Telšensis invitavit me ad munus professoris et patris spiritualis in seminario suo dioecesano. Ipse quoque locutus est cum archiepiscopo Skvireckas et ex eo audivit nihil obstare quominus ego easdem functiones meas orientales in ecclesia S. Michaelis. Ego tamen ipse adii archiepiscopum, qui mihi dixit omnino sufficere, si hae functiones fierent paucis vicibus in anno, ter aut quater, ad summum. Hac libertate accepta ego circa medium septembris transii in Telšiai ibique theologiam fundamentalem docere et moderamen spirituale clericorum seminarii maioris suscepi. Paradisi [illegible], praesertim in, in quorum paroeciis russi habitabant, me ad praedicandum et ad Missam ritu byzantino slavo celebrandum

invitabant. Hic ego in civitate Telšiai mansi usque ad mensem iunium 1937, quotannis referens de S. Congregatione [illegible] quae egebam. Anno enim 1935 die 1 martii nominatus fui consultor huius Sacrae Congregationis, qui mihi aliquoties [illegible] examinandos misit et aliquos libros, praecipue „Bossuetii", [illegible] typographia „[illegible]" [illegible].

In decursu anni 1937 S. Congregatio Orientalis [illegible] ad [illegible] nostri missionarii sacerdotem Franciscum Joseph [illegible], [illegible] opus missionum inter Russos in Lithuania ordinaretur. De hac re ego tractavi cum Archiepiscopo Kaunensi et cum Nunciatura Ap. in Lithuania. Post tractationes inter redii Kaunam, valedicens officiis quae habueram in seminario Telšiensi, et habitare coepi in domo Marianorum Kaunensi Laisvės al. 61 quae est etiam Ugniagesių 6. [illegible] fuit potius via Ugniagesių.

~~[illegible]~~ Dum eram in Telšiai, studui scribere seriem sermonum seu potius homiliarum pro Dominicis et festis principalibus, qui sermones prodibant in ephemeridibus „Tiesos Kelias" et vulgati sunt in separato volumine sub titulo „Pamokslai". Mediantibus Ep.-pis Ordinariis Lithuaniae ad omnes parochos misi quaestionarium de Russis, qui in parochiis eorum degebant. Acceptis multis responsionibus composui opusculum statisticum, quod prodiit in ephemeridibus „Athenaeum" et in separato fasciculo. In ephemeridibus „[illegible]" vulgabam articulos apologeticos, qui respiciebant negotia missionum inter Russos. Articuli isti in unum collecti prodierunt in Telšiai sub titulo „Straipsniai katalikams [illegible]." Evulgabantur vero articuli etiam separati et distribuebantur per [illegible] in aliquibus ecclesiis Lithuaniae. Praeterea in decursu an. 1934-1937 [illegible] varia documenta [illegible] lituanice [illegible] Petri [illegible], [illegible] operum A. [illegible], [illegible] et praecipue Latinos ac [illegible]. [illegible] in ephemeridibus „[illegible]" [illegible] quam episcopi Lithuaniae censerent legitimum [illegible] Antiquae Professionis (starovery) esse [illegible], ego latine scripsi demonstrans [illegible], sed ephemerides „Tiesos Kelias" non correxit mendas typographicas et mihi non reddit ea ad corrigendum, ideo prodiit textus ineptus.

Annis 1937–1939

Mense augusto 1937 Kaunam venit sacerdos Joseph-Franciscus Kolvega. Mense septembri adiit eandem destinationem diaconus Romanus Kiprijanović. Ipsi celebrabant quotidie in eccl. s. Michaelis, ego autem adiutus ab uno fratre laico dicebam missam privatim in oratorio domestico Marianorum, sed singulis diebus Dominicis et festis de praecepto assistebam ad Missam cantatam ritu slavo in eccl. s. Michaelis et russice praedicabam. Ad hoc feriis V vespere habebantur conferentiae apologeticae, quas praeparabamus per turnum sac. Kolvega, diaconus Kiprijanović ego. Post expositionem cuiusdam thematis a nobis factam sequebantur obiectiones ex parte congregatorum, ad quas obiectiones nos respondebamus.

Primae conferentiae adstabant 17 personae, inter quas fuit quaedam mulier, quae apparebat non esse provectae aetatis. Obiectiones eius fuerunt satis asperae. Postea apparuit eam esse russam in ecclesia catholica baptizatam, bolschevismo imbutam, sacerdoti catholico apostatae et litvano Josepho Purickio matrimonio iunctam. Hic tamen non multo tempore antea repentina morte e vivis sublatus erat, quapropter ipsa se viduam esse

dicebat. Videns eam esse exasperatam contra omnem religionem, ego nesciebam quaenam ipsa esset, sed percipiebam eam esse magno dolore affectam. Ad suas obiectiones respondebam caute et modo tranquillo. Ipsa coepit frequentare conferentias nostras, deinde adiit me in domo Marianorum, legit librum Alexandri Wolkonsky, tandem confessionem sacramentalem obivit apud professorem Blasium Česnys, Kaunae, et a me in Ecclesiam catholicam recepta est aliquot mensibus post primam conferentiam.

In secunda conferentia aderant 31 personae et deinde numerus adstantium crescebat ita ut locus in subselliis eccl. s. Michaelis adstantes capere non posset. Praeterea organista huius ecclesiae obstacula conventiculis nostris creare coepit. Quapropter permissione obtenta conferentias instituere coepimus in aula maiore domus Marianorum Laisvės al. 41. Numerus adstantium erat ita, ut ordinarie adessent circiter 70 personae. In variis casibus congregabantur usque ad 100.

Amicitia defuit inter Kolvega et Kiprijanović. Unusquisque eorum currebat in Nuntiaturam Apost.-

cum et alterum accusabat. Exc.mus et Rev.mus Antoninus Arata tunc fuit Nuntius Ap. in Lettonia et negotia nuntiaturae in Lithuania gerebat tempore controversiae, de divisione inter Lettoniam et Lituaniam, scilicet Rigam et Kaunam. Continuo sese Kaunae degebat nuntiaturae Mons. Antoninus Samoré. Effectus huius dissensionis fuit, quod Kiprijanović Kauna transferebatur Monasterium in Bavariam St. Andreas Kollez.

Kiprijanović dum Kaunae degeret sua themata conferentiarum satis bene elaborabat. Ad extypi vulganda typographia Marianorum emit characteres russos et duos libellos apologeticos russice a Kiprijanović scriptos vulgavit.

Numerus adstantium in functionibus ritus orientalis Kaunae erat magnus fuit tempore Missae. Fuerunt dies, quando numerus adstantium pertingebat ad 300, hoc tamen raro fiebat. Communiter vero in diebus Dominicis adesse solebant circiter 100 personae, aut paucae plures. Sabbatis cantabantur vesperae, ad quas autem nemo veniebat nisi servitores ex officio. Missae incipiebantur hora satis tarda 11½ aut 11¾ post Missam latinam absolutam.

Anno 1938 Kaunae functiones ritus slavi prosequebantur eodem modo ac anno praecedenti, sed ego aliquoties a Nuntiatura Apostolica accipiebam subventiones ad salaria solvenda tum sacerdoti, tum diacono, tum etiam cantori psalmorum. Hoc ultimo munere apud nos fungebatur laicus Brizgalov, qui religionem catholicam una cum omnibus membris familiae suae amplexus est. Ipse praeditus fuit optima voce et ritus byzantino-slavos, prout usui sunt in Russia perfecte noverat et munere psaltis in parochia acatholica prope Kaunam fungebatur antequam ad nos transiret. Ultimo tempore ipse sibi adscivit aliquot cantores ita, ut etiam parvus sed satis bonus chorus efficeretur.

Singulis annis 1937-1939 circiter 100 aut 130 personae acatholicae [illegible] ad unitatem Ecclesiae redibant. Verum tamen et eas non tam persuasione aut ratione fidei id faciebant, sed quasi semper propter matrimonium contrahendum. Exceptio tamen fuit Nicolaus Ignatjev, vir iam provectae aetatis, qui id propter ani-

etiam ego me fecit. Fuit enim meus condiscipulus in schola ~~Slav~~ Slavikai annis 1881-1883.

Singulis annis, quamque in Lituania degebam, relationes S. Congregationi Orientali satis minutas scribebam.

Anno 1938 in locum diaconi Kiprijanović venit laicus doctor philosophiae Joannes Chomenko, qui cursum theologiae in seminario dioecesano Nice in Gallia absolverat. Mea intentio fuerat ad diaconatum promovere neofiatum Lituanum Dovgiallo promovere. Hic tamen fuit matrimonio iunctus et prolem iam adultam habuit, quapropter S. Congregatio Orientalis Joannem Chomenko ei praetulit. Peractis examinibus ex s. Theologia et S. Congregatione annuente ego ordinavi Joannem Chomenko subdiaconum et diaconum. Notabilis defectus in eo fuit carentia vocis ad cantandum. Ipse natione fuit Ucrainus et independentiam huius nationis a Magna Russia desiderabat, sed ideo acceptissimus fuit inter ucrainos catholicos Kaunae degentes, quamvis numerus eorum ad unionem cum Ecclesia inclinant.

Exc.mus ac Rev.mus Antonius Mosta anno 1938 mihi satis magnas et graves investigationes faciendas commiserat, quae sat multum tempus exigebant ad absolvendum. Praeterea ego in domo Marianorum Kaunensi munere patris spiritualis fungebar et in seminario Marianorum, in eadem domo constituto, theologiam asceticam docebam. In rebus patriae meae tunc apparebant valde graves et tristes regressus ad peiora et ego multum liberi temporis huic rei investigandae tribuebam. Exercitia quoque menstrua Marianis praedicabam non solum Kaunae, sed etiam Mariampoliae Ukmergė.

Mense maio 1938 vocatus sum Romam ab Exc.mo et Rev. D.no E. Ruffini, secretario S. Congregationis Seminariorum et Universitatum, Relator de studiis theologicis in seminariis Lituaniae bene ordinandis. Instationi huic statim assensum praebui et Romam veni ac ibi plusquam unius mensis spatium transegi. Convenerunt etiam omnes episcopi Lituaniae de statu studiorum deliberaturi et a Summo Pontifice Pio XI tum singuli seorsim tum omnes in communi audientia recepti sunt.

[illegible] sedis.

Brevi tempore postea accepi scriptum Exc.mi Dni Archiepiscopi Antonini Arata, qui mihi mandabat visitationem canonicam in Congregatione Sororum S. Casimiri, quae in Lithuania existebant, peragere. Munus istud mihi displicuit, quia praevidebam ex eo nascituras esse inimicitias mihi nocivas. Antequam visitationem aggrederer postulavi Exc.mum Archiepiscopum Kaunensem, ut scripto documento Sorores certas redderet me revera esse visitatorem canonice constitutum. Eo tempore archiepiscopus Arata Rigam rediit, Kauno relinquens nonnisi sententiam suam. Visitationem inchoavi 19 iulii 1938 an.

Circa idem tempus Kaunam venit Ill.mus et Rev.mus Joseph Burzio, qui initio fuit auditor Nuntiaturae, mox tamen designatus est director eius cum titulo chargé d'affaires. Excellentissimus enim Arata huic munери omnino in Lithuania renuntiavit. Paulo post abiit et secretarius ita, ut praelatus J. Burzio solus relinqueretur Kauno. Ipse an-

-tem minus quam archiepiscopus Arata censuit visitationem esse necessariam, nam eodem modo negotium istud considerabat Archiepiscopus Kaunensis, eius Vicarius Generalis Casimirus Šaulys et omnes officiales curiae archidioecesanae. Sed in cursu visitationis patefiebant res graves et reformandae. Instrumentum vero, quo ego constitutus visitator apostolicus praefatae Congregationis, mihi non conferebat potestatem definitivum iudicium proferendi et diiudicandi. Collecto igitur materiali anno 1938 ad finem vergente profectus sum Romam et materiale istud S. Congregationi de Religiosis praesentavi, ibique materiale istud reliqui. Rediens autem Kaunam initio anni 1939 ex condicto cum Ill.mo ac Rev.mo Domino J. Burzio solemnem conclusionem visitationis feci et decretum Visitationis in capella Domus Matricis Pažaislis praesentibus sororibus, praesidente vero Dno J. Burzio publici iuris feci. Additicium materiale, quod respiciebat res confidentiales non promulgandas publice per Rev.mum [illegible] Romam misi. Accesserunt deinde quaedam [illegible], quos Ro-

- tam minus quam archiepiscopus Arata censuit visitationem esse necessariam, nam eodem modo negotium istud considerabat Archiepiscopus Kaunensis, eius Vicarius Generalis Casimirus Šaulys et omnes officiales Curiae archidioecesanae. Sed in cursu visitationis patefiebant res graves et reformandae. Instrumentum vero, quo ego constituebar visitator apostolicus praefatae Congregationis mihi non conferebat potestatem definitivum iudicium proferendi et id exequendi. Collecto igitur materiali anno 1938 ad finem vergente profectus sum Romam et materiale istud S. Congregationi de Religiosis praesentavi, ibique materiale istud reliqui. Rediens autem Kaunam initio anni 1939 me condicto cum Ill.mo ac Rev.mo Domino J. Bunzio solemnem conclusionem visitationis feci et decretum Visitationis in capella Domus Matricae Pažaislis praesentibus sororibus, praesidente vero D.no J. Bunzio publici iuris feci. Additionum materiale, quod respiciebat res confidentiales non promulgandas publice per Rev.mum Patrem P.um Pelletier Romam misi. Accesserunt inde quaedam novae res, quas Re-

meam attulit; cum ad Capitulum Congregationis CC. RR. Marianorum proficiscebar.

Anno 1938 ad finem vergente ex Asia rediit sacerdos Ladislaus Mažonas, qui aliquo tempore Harbinii in Manchuria ritu slavo fungebatur. Ipse cum rediisset, non semel russice praedicavit in ecclesia S. Michaelis post Sacrum ritu slavo celebratum in eadem ecclesia. Hoc tamen non longo tempore fiebat, nam permissionem a S. Congregatione Orientali accepit redeundi ad avitum ritum latinum et Marianopolim a Rev. P. Superiore Provinciali translatus est. Ipse tamen brevi tempore, quo Operi Missionum inter russos in Lithuania cooperabatur, satis utilia eidem operi praestitit, nam notabilem quantitatem pecuniae ad opus istud promovendum ~~[illegible]~~ collegit. Affabilitas sua item multum eidem operi contulit. Multos enim ipse cognoscebat russos, perfectissime eorum linguam callebat, eorundem multorum [illegible] sibi brevissimo tempore conciliabat. Anno tamen 1941 ipse a bolševikis captus est et in Russiam prope Krasnojarsk in campum Rěšoty transportatus est.

Anno 1938 apparuit secunda editio opusculi mei „Šv. Panelės Apsireiškimai Lurde", quae prodierat an. 1918 quattuor millibus exemplarium. Oportuit igitur praeparare editionem tertiam. In prioribus editionibus paucae fuerunt notitiae de vita Bernadettae Soubirous in monasterio Nevers. Cum ipsa iam albo sanctarum virginum recentiorum adscripta esset, decrevi hanc lacunam implere notitiis, quae recentiori tempore vulgatae sunt typis. Itaque coepi libros istos adunare, legere et notare. Cum mihi an. 1939 proficiscendum esset Romam ad Capitulum Marianorum Generale, ideo aliquot hebdomadibus ante initium Capituli iter meum assumpsi, ut antequam Romam venirem, prius Nevers visitarem.

Socius meus in itinere fuit nepos meus, filius sororis meae Vytautas Bagdanavičius, iuvenis sacerdos, qui proficiscebatur Bruxellas ad sororem suam, neptem meam visitandam. Ipsa enim nupserat tribuno militum Josepho Strimaitis, qui artem muniendorum castrorum militarium Bruxellis studebat. Nobiscum etiam adiungit soror praefati Josephi Strimaitis, quae usum non habuerat itinerandi in exteris regionibus. Cum urbem Germaniae capitalem

advenissemus, quaedam impraevisa evenerunt. Viri enim Germanicae ad arma vocati esse apparuerunt et servitium ferroviarium in statione Basiliensi Badischer Bahnhof ultra normam fuit. Nec potuimus spectas notitias de curribus, qui in Galliam dirigebantur, habere. Me igitur amico suggerente omnes iteravimus in Luxemburg, in quo curriculum supplementarium adhibuimus, sed feliciter nostrum mane Bruxellas pervenimus.

Post paucos dies Bruxellis apud amicos Ittrimenti exactos ego profectus sum Parisios et inde in urbem Nevers. In hac urbe adii Exc.mum Episcopum localem eique delictum literas commendationis exhibui; manebam vero in domo „Hotel de la Paix" prope stationem viae ferreae et Missam quotidie dicebam in ecclesia earundem sororum, inter quas vixerat et mortua est s. Bernadetta. Ipsae permiserunt mihi celebrare ad altare, quod proximum erat corpori eiusdem sanctae; praeterea ostenderunt mihi omnia loca cum vita eiusdem sanctae quocumque modo connexa, praecipue vero cubiculum in quo ipsa mortua est. Nunc autem cubiculum istud in capellam conversum est. Superior Generalis eu Conventi-liariae suae nec non capellanus earum Dominus Lemaitre omne auxilium libenter praestiterunt.

Post aliquos dies, ibidem transactos, profectus sum Romam. Mense autem augusto ephemerides, Revue Bernadette (VII année N6 p. 200-203) publici iuris fecerunt articulum „Auprès de la Châsse", scilicet: ad sepulcrum in quo iacet corpus sanctae Virginis, est sermo de Missa, quam dixi 11 iunii lo-ci prope corpus istud, deinde exponuntur considerationes ex me auditae et religiosam morum conditionem respicientes. Adest etiam mea imago photographica. Considerationes supraditae fuerunt scriptae a Rectore Seminarii Maioris dioecesani et vulgo canonico Guynot et vulgatae in „Semaine Religieuse du Diocèse de Nevers" eiusdem anni.

Cum profectus essem Neversio primum adii Lugdunum ibique visitavi duos sacerdotes nostros catholicos, quos ex multo tempore anteriore cognoscebam, nempe Nicolaum Bratko et Demetrium Zedana. Posterior propriam capellam habet, in qua quotidie Missam ritu slavo legit. Bratko autem vivit prope palatium Cardinalis Primatis.

Ab utroque valde amabiliter acceptus sum. Post duas noctes et diem Lugduni elapsas profectus sum in Italiam et sic Romam quasi uno mense ante Capitulum Generale.

Ratio cur properarem haec fuit. Virgo religiosa Anna Laštautaitė, 80 anno vitae Pii XI ineunte, aliquot scriptores litteranos catholicos admonuit, qui singuli scriberent articulos de activitate eiusdem Summi Pontificis. Ipsa quoque duos vel plures articulos exaravit. Ego autem scripsi enarrans ea, quae Pius XI erga Lithuaniam fecerat. Tota relatio singulorum guberniorum lituanorum ab an. 1922 ad tempus in quo hic liber propagandus fuit indicavit. Scribere autem oportuit veritatem. Notabilem partem narrationum mearum repugnabat censura gubernii nationalistici cui praeerat Antonius Smetona; sed ego non tacui errores christianorum-democraticorum, quorum nomine et eorum gubernii delegatus venit Romam sacerdos apostata Joseph Purickis. Sed „nitens" Sedi Apostolicae invisum et eo rejectum Cardinali Petro Gasparri porrexit iuvenis Chargé d'Affaires lituanus Joseph Macke-

čius. Haec et quaedam alia vera, sed non laudanda ego scripsi. Laštautaitė voluit categoriam christianorum. Hoc modo scriptum meum dupliciter a veritate discedebat. Ego igitur Sorori Annae prohibui scriptum meum meo nomine publici iuris facere. Nihilominus meus articulus apparuit in libro „Pijus XI" quasi a Laštautaitė scriptus postquam ipsa meam elucubrationem legisset. Sed ipsa non expressit ea, quae referebantur ad Josephum Mackevičius. Hic autem maximo odio ergo me ardere coepit. Scribebat mihi epistolas minatorias, quibus ego non respondebam. Accusabat me in aliquibus Summis Dicasteriis Ecclesiasticis, interque fuit etiam Secretaria Status Pontificia. Ab Em. Pizzardo interrogatus, ego rem explicavi. Cum vero in Maiori Hebdomada in Žemaičių Kalvarija venissem Ill-mus D-nus J. Buračas per telefonum ex urbe Kaunas dixit me esse in Sacra Rota Romana accusatum. Ego ei respondi eadem via me paucos post dies esse Kaunam rediturum et omnem rem expositurum. Praemissis istis statim deinde etiam scripto promisi me esse Romam mense iunio venturum

et S. Romanae Rotae iudicio me submissurum. Huius scripti et promissi memor, postquam Romam advenissem, sacrum tribunal Rotae adii et declaravi me esse paratum ad subeundum iudicium. Ad loquendum mecum exiit Ill-mus et Rev-mus Stanislaus Janasik, qui tamen mecum non polonice loquebatur. Ego rogavi S. Rotam Romanam, ut iudicium in me in decursu mensis anni institueretur, nam post Capitulum mihi redeundum est ad officia mea. Huic petitioni ipse clarum responsum non dedit, sed consilium mihi praebuit eligendum mihi esse aliquem advocatum. Ego respondi me defensore uti non posse, quia negotium ipsum egomet exponere possum, in quo consistat. Illustrissimo iudice suggerente post aliquos dies redii, ut loquerer cum Ex-mo Decano eiusdem S. Rotae Romanae et ab eo humaniter receptus sum. Cum ei totum negotium per summa capita exposuissem, ipse dixit hoc in negotio non S. Rota Romana competens iudicium praelatum est sed Sacra Congregatio Officii. Ideo ego brevi post adii hoc summum dicasterium ecclesiasticum

et postulavi, ut loqui cum Ex-mo Assessore Ottaviani loqui possem. Ex-mus tamen assessor impeditus fuit et alius praelatus ad me exiit, cui demum totum negotium exposui. Ipse mihi dixit me vocatum iri, si expedierit. Tamen numquam vocatus sum. Cum appropinquaret Capitulum Marianorum Generale et ego negotium iudicii mei terminatum habere voluissem in aedibus S. Rotae Romanae d-num Macevičius comperi postulasse, ut processus ab eo suscitatus privilegio pauperum gauderet et liber esset ab onere tegendi expensas processus. Hoc tamen ei negatum est. Aliquo tempore post, cum ego exspectarem meum turnum ad colloquium cum Ex-mo Assessore ~~eiusdem~~ S. Congregationis Orientalis, intravit famulus (usciere) et sollemniter annuntiavit praesentibus: „Sua Eccellenza Signor Giuseppe Macevičius, già incaricato degli affari di Lituania presso la Santa Sede." Statim post hoc intravit et d-nus Macevičius. Postea eum multoties vidi in conventionibus lituanorum apud ministros plenipotentiarios patriae meae. Colloquia inter eum et me satis frigida aut nulla fiebant. Etiam eius uxor infensa fuit ergo me; filia autem eius sensa sua non patefaciebat

Huiusmodi relatio inter hanc familiam et me usque modo durat et mense martio currente 1943 non est immutata. Ego nihil facere possum ad eam meliorem reddendam, nam veritatem negare non possum. Neque licet mihi probare scriptum iniuriosum nomine patriae meae Sedi Apostolicae porrectum.

Displicuit mihi quoque ratio agendi successoris mei in officio superioris marianorum generalis, praesertim in Provincia Lituana. In Capitulo enim Generali anni 1933 electus fuit sac. Vincentius Gergelis ad munus superioris provincialis, sed apertae diversitates opinionum inter eum et Superiorem Generalem causa fuerunt, cur provincialis dimitteretur. In eius locum suffectus fuit sac. Antonius Petrauskas, qui magnam complacentiam cum consiliis Superioris Generalis manifestabat, sed post duos annos officium provincialis deposuit asserens ad id compulsum se esse a Superiore Generali. Nominatus eius successor sacerdos valde iuvenis Josephus Vaišnora, cuius primum officium in Provincia Lituana fuit munus Superioris Provincialis. Praeterea exortae sunt discidia de aedificanda domo novitiatus eiusdem

provinciae. Sacerdos Joannes Totoraitis, unus e illis qui participaverant in Capitulo Generali Marianorum anno 1911, quando Georgius Matulewicz eligeretur ad munus Superioris Generalis, maxime obstitit illi rationi administrativae, quam Rev. Andreas Cikoto sequebatur. Joannem Totoraitis sequebantur prope omnes sacerdotes provinciae lituanae, excepto Juliano Kasakas, Josepho Grigaitis et superiore provinciali Josepho Vaišnora. Ego studui conciliare opiniones adversas, quae non sovebant armoniam et parvum, aut nullum assequebar fructum. Non fui in capitulo provinciali, quod celebratum est ante Capitulum Generale. Sed aliqui sacerdotes iuniores, inter quos fuit Pius Andziulis, praeoccupatos se esse mihi dicebant de futuro superiore generali in Capitulo anni 1939 eligendo. Aliquot epistolae Marianorum [illegible] manifestabant animos eorum esse commotos [illegible] Superiorem Generalem. Andziulis aperte interrogavit me, accepturusne sim officium istud in casu electionis in Capitulo. Ego autem proposui alium potius esse eligendum propter meam provectam aetatem, propter officia mea [illegible]

orientali et propter difficultates, quas expertus sum, dum eadem munere annis 1927-1933 fungerer. Denuo et incidenter interrogatus, vellemne deducere Capitulo Generali, ego respondi me memorem esse voti oboedientiae, quamvis promotio ad episcopatum notabiliter votum istud modificaverit. Addidi tamen me non esse observum modificationibus istis. Tunc de §627 Constitutionum nostrarum non cogitabam ad aliquis Marianorum litterarum mihi id Romae in memoriam revocavit, cum iam fere omnes capitulares convenerant, antequam Capitulum Generale inciperetur. Cum iam capitulares ex America venissent, Rev. Joannes Navickas mihi asserebat necessarium esse, ut ego delegationem acciperem. De capitularibus Americanis alter et dubium quisnam eorum in Capitulo Provinciali praeter Superiorem Provincialem et Joannem Navickas electus erat. Cum tamen res ista decisa sit opportuno tempore et itaque in Europam venire potuissent, itaque Capitulum Generale feliciter inchoari potuit. In Capitulo isto electus sum denuo Superior Generalis et statim iuramentum praestiti.

Anni 1933 - 1939.

In Capitulo Generali praeterea electi sunt quattuor Consiliarii Generales et tres officiales generales. Ad officium Procuratoris Generalis nominatus est Casimirus [illegible], qui fuit etiam Secretarius Generalis, et munus vero Secretarii Generalis commissum est item Consiliario Generali Josepho [illegible]. Membra Consilii Generalis fuerunt duo poloni, nempe: [illegible] [illegible], natione [illegible], electus est Oeconomus Generalis. In Capitulo Gen. iuxta Constitutiones electi sunt etiam Provinciales: Joannes Navickas pro America, [illegible] pro Lithuania et Joannes [illegible] pro Polonia.

Proximis et paucis post Capitulum Generale annis cum istis Provincialibus conversatus sum de [illegible] in Provinciis eorum. Ea quae [illegible] provincialibus [illegible] visa sunt et approbatione Consilii Generalis [illegible] Consilii Generalis confirmata sunt et in actis eiusdem relata sunt. [illegible] Capitularibus e Polonia Varsaviam profectus sum. [illegible] mense [illegible], Varsaviaque in capella domus [illegible] celebravi [illegible]

quem Exc.mus archiepiscopus Stanislaus Gall, qui archidioecesim sede vacante administrabat, personaliter praestiti, singulas domus Marianorum in urbe Poloniae Capitali adii humanitatis, unam vero visitationis canonicae causa. Cum fere omnibus sacerdotibus eiusdem urbis Marianis conversatus sum et singulos fratres laicos vidi ac salutavi. Praeter polonos in eadem urbe erant etiam unus sacerdos lituanus (Stanislaus Vencius) et aliquot sacerdotes albanensi propter iussa gubernii civilis ibidem transportati. Circa mediam noctem adii stationem centralem viarum ferrearum, quae tunc construebatur, vecturam petiturus. Difficile erat locum in curru invenire, sed felici casu multis fratribus polonis strenue et sagaciter cooperantibus id optato successit. Circa horam unam post mediam noctem Varsavia volitavi; circa horam 9 iam in Landwarowo fui et ante meridiem Kaunam adveni ita, ut ultimum dicere adhuc potui.

In Lituania fere totum mensem augustum transegi, me praeparans ad transmigrationem Romam. Praemissam antea praedicationem exercitio-

rum spiritualium annuorum pro clericis Marianis, qui aestatem in Žemaičių Kalvarija transigebant, diebus 5-14 augusti adimplevi et iterum redii Kaunam. Breviter salutavi domus nostras in Panevėžys, Ukmergė, Patašinė die, nisi fallor, 25 augusti una cum clerico Beržastinas iter Romanum aggressus sum. Occasionalem sed amicam habui conversationem cum ignoto mihi publici ordinis vigile polono (žandarm) in statione viae ferreae Toruń. Vir iste iam praeoccupatus apparebat propter complicationes politicas, quae praevidere mox venturum bellum sinebant. Inexspectata difficultas orta est Berolini propter absentiam currus tertiae classis directe Romam petentis. Satis magno supplemento soluto transivimus in currum secundae classis et Romam advenimus, nisi fallor, hora 28 circiter.

Post tres dies exarsit bellum inter Germaniam et Poloniam. Huic sese adiunxerunt Gallia, Magna Britannia et Belgium. Consilium Generale Marianorum nonnisi duobus constabat membris: Rev.mo Casimirus Reklaitis et me. Mroczek enim et Lapandowski in Polonia residebant, Vaitkevičius autem absens electus est et [illegible]

venerat ex America. Praecepi ei, ut quantocius veniret. Reapse ipse venit, nisi fallor, mense septembre. Circa finem anni 1939 ex Polonia secreto in Hungariam transiit Mrosek. Adiuvantibus Nuntiis Apostolicis Hungariae et Italiae ipse tandem pervenit Romam initio anni 1940.

Sollicitus fui de sorte Fabiani Abrantowicz M.I.C., qui superior fuit missionis Harbinensis et ad Capitulum Generale Romam venerat, deinde civitates Lituaniae et Lettoniae apud suos consanguineos manebat in confiniis Novogradek, quando bellum exarsit. Missio Marianis concredita in Harbin sine capite esse non potuit. Exercitus vero communistarum russorum et Germaniae terras victae Poloniae inter se diviserunt. Abrantowicz ex parte a Russis occupata voluit die 22 octobris 1939 in partem a Germanis occuptam transire, sed ab his traditus est illis. Nulla spes mansit eum brevi tempore libertati restitutum iri. Andreas Cikoto venerat Harbinum, ubi iam antea fuerat, professus. Itaque S. Congregatio Orientalis eum ad gradum archimandritae promovit, Sacra vero Congregatio de Religiosis permisit

sacerdoti J. Vaitkevičius, qui iam advenerat, munere officio Procuratoris Generalis et Secretarii Generalis fungi. Itaque Andreas Cikoto solemniter et publice creatus est archimandrita ritus byzantini dein et nominatus est Administrator Apostolicus ordinariatus russorum-catholicorum in Harbin ad nutum Sanctae Sedis. Prima occasione data ipse cum navi italiana profectus est in Shanghai et dein advenit in Harbin.

Magnam curam et plurimos conatus adhibui, ut fratrem L. Lewandowicz Romam venire facere possem; omnes tamen conatus frustrati sunt propter varias causas. Frater nunc Lewandowski saecularis dicitur sub assumpto nomine alieno.

Curam tamen, ut ex Lithuania Romam veniret sacerdos Joannes Kriščiunkaitis. Intendebam enim, ut ipse fieri posset consiliarius ministri Lituani D.ni Stanislai Girdvainis, qui negotiis Lithuaniae apud S. Sedem gerendam delegatus fuit. Negotia ista maxime concernebant regionem Vilnensem nuper Lithuaniae redditam. Ego autem nolui me consiliarium in his rebus constitui propter duas rationes, quarum prima fuit, quod territorium Vilnense est disputatum inter polonos et lithuanos, ego autem superior sum Marianorum

polonorum non vero ac lituanorum. Secunda vero ratio fuit, quod ego negotia Vilnensia quasi omnino non noveram, nam urbs ista et territorium adiacens post an. 1914 multas subiit mutationes, quas ego non vidi. Krisčiūnkaitis vero intimus [illegible] fuit Georgii Matulewicz et cum eo Vilnae habitabat usque ad huius resignationem sedi episcopali Vilnensi. Praeterea [illegible] evidebant suos communistas in dies magis ac magis penetrare Lituaniam. Archivium igitur Marianorum currebat periculum. Sed in eo archivio habebantur abundantia et pretiosissima documenta, quae vitam et gesta Georgii Matulewicz respiciunt. Itaque ego scripsi Joanni Krisčiūnkaitis praeceptum veniendi Romam et documenta Matulewicziana secum adferendi. Quod ipse tandem, adiuvante Gubernio lituano, fecit.

Anno 1940 iuxta Constitutiones (§ 677) oportuit visitare Provinciam Americanam. Provincialis Superior Rev.mus Joan. Navickas visitationi [illegible] me et omnium socium Casimirum Reklaitis. S. Congregatio pro de Religiosis iura membri Consilii Generalis concessit Rev.mo Joanni Krisčiūnkaiti. Provincia Ame-

ricana hilarissimo modo primi ordinis naulum in „Conte di Savoia" solvit pro duobus: Patre Reklaitis et me. Nobis sese adiunxit iuvenis Marianus polonus sacerdos Joannes Szurek, qui destinabatur ad munus magistri novitiorum in Domo Washingtoniensi. Pro ipso tamen solvimus naulum secundae classis. In eadem navi eodemque tempore proficiscebantur aliquot sorores polonae ex S. Familia Nazarethana et duae ex Congregatione Sororum Pauperum, a Georgio Matulewicz institutae. Die 17 (aprilis) ascendimus navim, die vero 25 eiusdem aprilis appulimus in portu Neo-Eboracensi (New-York). Sodalites regionis Novae Angliae ad nos honorandos Neo-Eboracum convenerunt et nos splendida cena exceperunt. Eadem die, sed iam sero satis tarde ope curruum automobilium advenimus Thompson Conn., ubi est domus nostra et collegium nostrum Marianapolis vocatum. Omitto narrationem solemnitatum.

Mea intentio praecipua fuit videre quomodo doctrina in scholis nostris traditur, idcirco in Collegio Marianopolitano singulas visitavi lectiones antequam ipse

cesserant aestate adveniente. Hac parte visitationis absoluta, ceteras res remisi ad tempus ulterius et properavi Chicagiam, ut possem venire in Seminarium nostrum Marian Hills prope Hinsdale Illinois quousque praelectiones durant. In eo instituto item singulas scholas singularum disciplinarum visitavi. Deinde vero perfeci visitationem canonicam singularum personarum et novitiatus et praedii, cuius proventibus sustentantur tum Seminarium, tum Novitiatus tum ii qui in Domo Chicagiensi occupati sunt Mariani. Superfluum esse censeo introducere hic in singularibus, quae acta visitationis scripta sunt. In visitatione peragenda multum me iuvavit Rev.mus Rekštaitis, nam ipse computus et res oeconomicas cuiusque domus funditus et sine amaritudine verificabat ac consilia valde opportuna utiliaque oeconomis localibus dabat.

Mense iunio redii in Thompson et visitationem canonicam complevi item adiuvante Patre Rekštaitis. Domum Washingtonensem repetitis vicibus visitavi, nam

[illegible] huius domus difficultas [illegible] tempore. Cum domus ista [illegible] ac si ceteris nostrae provinciae domibus non solum [illegible] sed et spiritu afferat, [illegible] provinciam erigere. Huic tamen [illegible] deficiunt [illegible] ad opus [illegible] carentes.

Tempore huius visitationis [illegible] in conditione internationali. Italia [illegible] intravit in bellum contra Galliam et Britanniam [illegible] Germaniae. [illegible] atque [illegible] bellum [illegible] Americae ad [illegible] post visitationem [illegible] statim [illegible] permanere [illegible] in America [illegible] scriptis [illegible] officiales [illegible] Tractatio de [illegible] pepulit propter [illegible]

quae deinde exageratae esse apparuerunt. ~~Tussa apo-~~ Iam antequam apparerent ego statim etiam via aerea redire in Italiam non obstante periculo et maximo pretio. Rev-mus vero Pakloutis permansit manere in America.

Cum omnia iam parata essent Rev-mus Provincialis J. Navickas valde honorificum mihi ordinavit abitus diem, collegit enim multos sacerdotes et laicos qui convenerunt in aeroportum Neo-Eboracensem 29 iulii 1940. Hora 5 post meridiem sublatus sum in aerem. Post 21 horarum volatus descendi in Lisboa, urbe Portugalliae capitali, ubi duos menses parum commodos et diem valde bonum transegi. Die vero 1 augusti circa horam 9 mane sublatus sum in aerem, postea descendi in terram Hispaniae apud urbem Madrid et deinde prope Barcelonam; tandem circa horam 17 iam fui Romae in Aeroporto Littorio. Peractis hic formalitatibus ego curru automobili benigne ab Exc-mo Ministro Lithuaniae St. Lozoraitis mihi praestito, [petii et] Romam in domo Marianorum mandavi.

Tristissimus eventus 1940 an. anni fuit expulsio Ministri plenipotentiarii Lituani apud Regem Italiae ex domo legationis lituanae. Multos libros ac non paucas alias res nobiles ex eadem legatione praefatus minister conservandas deposuit in domo Marianorum Romana. Legatus vero Gubernii Communistici introivit in villam lituanicae omnino vacuam, in eaque mansit usque ad 22 iunii 1941 an. Hac enim die, incepto bello inter Italiam et Russiam, cura huius villae translata est ad legationem Suecicae. Quidam lituani voluerunt vi eam villam occupare, sed protestante legato Suecico coacti sunt eam relinquere. Illo quo tempore inscriptio „Villa Lituana" manebat in porta exteriore, nunc vero remanet solum verbum „Villa", verbum autem „Lituana" suppressum est.

Anno 1941 maximum eventum internationale fuit bellum inter Germaniam et Russiam sovieticam quod die 22 iunii exarsit. In Congregatione vero nostra CC RR Marianorum fere eadem die duae satis notabiles res evenerunt. Sabbato enim 21 iunii 1941 in domo nostra Romana celebravimus iubilaeum quinquagesimum

ennium sacerdotii Joannis Krištčiukaitis. Ad honorandum eum convenerunt Lituani Romae degentes, praecipue vero minister S. Lozoraitis cum uxore et duobus filiis nec non Dr. Stanislaus Girdvainis, minister plenipotentiarius Lituaniae apud Sedem Apostolicam. Minister Lozoraitis amplius non pertinet ad Corpus Diplomaticum apud Regem Italiae accreditatum, minister vero Girdvainis adhuc obtinet suum locum officiale inter membra Corporis Diplomatici Pontificii. Celebrando jubilaeum Krištčiukaitis adhuc nesciebamus bellum Germano-Russicum imminere.

Eodem die 21 iunii in Griškabūdis in loco suae nativitatis mortuus est unus antiquissimorum Marianorum supra memoratus sac. Joannes Totoraitis, professor universitatis Kaunensis, director gimnasii Marianorum in Marijampolė, quondam discipulus prof. Gustavi Schnürer, auctor notabilium operum historicorum.

Eodem anno 1941 mense augusto lapsus est quinquagesimus annus a die in quo typis vulgatus apparuit in ephemeridibus lituanis „Ukininkas" articulus a me scriptus sub cryptonymo Pulvis. Ex hoc tempore, scilicet ab augusto 1891, ego non tota amplius [illegible]

Fere omne tempus relative liberum ab officiis meis anno 1941 ego consumebam in prosequendo studio de ratione orandi, quae apud nos „Pot-ki" vocantur. Absolutis hisce studiis, quae plusquam annum omnis temporis mei consumserunt, manuscriptum tradidi Exmo Assessori S. Congregationis Orientalis archiepiscopo A. Arata, sed ipse id mihi nondum restituit. Res est scripta latine, excepta ultima parte practica, quae lituanice redacta est.

Anno 1942 incumbebam officiis meis Superioris Generalis Marianorum, quasdam res admonendo, quae non videntur directe fluere ex officio meo, nempe colloquia spiritualia personalia cum singulis studentis tempore feriarum aestivarum facienda separatim, et similia colloquia cum fratribus laicis. Quidam censuerunt me intrare in munus patris spiritualis et diversitatem directionis introducere in vitam internam eorum quibuscum colloquia ista faciebam. Ego autem id exponere nolebam, sed studium perfectionis acquirendae vivum conservare et fortificare intendebam in eis, quibuscum loquebar. Suspicio de collisione duarum directionum spiritualium non habuit fundamentum et temporis cursu disparuit.

Eodem anno 1942 accidit res plangenda: diversitas opinionum in Consilio Generali de modo agendi sacerdotis Leonis Wajdzik, MIC, de quo multa

tus sanus fuit in sessionibus Consilii Generalis. Rev.mus autem Vicarius Generalis P. Mossot censuit Petrum Wajsnik esse mittendum tractandum, alii vero tres, scilicet Vaitkevičius, Krištinaitis ego consentiens cum esse (P. Wajsnik) esse adiungendum ad deliberationem Superiori Provinciali etiam ope commerciorum ecclesiasticorum.

Liberis ab officiis horis ego scribebam biographiam professoris mei sacerdotis Justini Pranaitis, nam habui multas eius epistolas et diarium. Opus multis fuit difficile, quia Pranaitis praecipue fuit peritus in lingua hebraica, ego vero in ea fui quasi totaliter profanus. Nihilominus quoque oportuit quaestionem populi iudaici latius tractare, quam id factum est a J. Pranaitis. Propter has difficultates adhuc longe absum ab ultima manu huic biographiae imponenda.

Tristia acciderunt cum quibusdam Marianis sacerdotibus. Constantinus Zajančkauskas Londini post mulierem abiit, Petrus vero Biskis similiter fecit prope Chicagiam. Itaque a Congregatione nostra dimissus est Sede Apostolica approbante. Ultimis hisce diebus accepi epistolam Rev.mi J. Jokantis ex Avellaneda in Argentina, ubi dicitur sacerdos Joannes Kondratis fugitivus esse.

Ea quae infra sequuntur sunt contemporanea notationes

<u>Die 24 martii 1949</u> ante meridiem venerunt ad me duo sacerdotes Meridanus Pusčius et Petrus Maskolaitis, uterque ex Societate Salesiana Sancti Joannis Bosco. Ipsi enim proficiscebantur in Americam Meridionalem cum salvo conductu (passaporto), accepto ex Secretaria Status S.S. Adiuncti enim erant per modum sociorum ad Nuntium Apostolicum, qui profecturus est Boliviam.

<u>Die 25 martii 1949</u> preces matutinas recitavimus in nostra domo Marianorum Romae, via Corsica N 1, aliquatenus solemniori modo, nam loco „Veni Sancte Spiritus" recitavimus hymnum „Veni Creator". Deinde post solitas preces introductorias ego explicabam puncta meditationis de consecratione Congregationis nostrae Purissimo Cordi B.V.Mariae. Post meditationem quisque sacerdos dicebat Missam privatam, clerici vero et fratres laici inserviebant. His Missis absolutis omnes convenerunt in capellam principalem, ubi ego Missam legere incepi hora 7 m. 45, cuius tempore quidam, organo comitante cantabant. Post Missam hanc facta est expositio Sanctissimi cum cantu „O Salutaris" in ostensorio et

coram Sanctissimo cantavimus Litanias Sanctorum, quibus absolutis vota nostra renovavimus, deinde vero me duce omnes et singuli recitarunt formulam consecrationis Purissimo Cordi Mariae; deinde vero cantavimus „Te Deum", porro „Tantum ergo" et facta est benedictio Eucharistica. Post „Dio sia benedetto" cantores inchoarunt hymnum Congregationis nostrae: „Mater Dei Immaculata". Ientaculum sumpsimus in communi et sine silentio. Solemnius quoque fuit prandium hodiernum. Credo eundem aut similem factum esse consecrationem nostram in singulis domibus Congregationis, nam aliquot hebdomadibus antea missa est epistola ~~primo~~ circularis singulis provincialibus, ut et ipsi eundem ritum fieri curarent in singulis domibus. Initium huius actionis consecrationis datum est a Beatissimo Patre Pio XII ex occasione solemnitatum Marianarum in oppido Fatima in Portugallia sub finem anni 1942. Mos enim iste propagari coepit ubique apud catholicos.

26 martii 1943 accepi epistolam R-mi P. Joannis Jakaitis die 18 decembris 1942 in suburbio Buenos Aires, quod vocatur Avellaneda scriptam, in qua dicebatur sacerdos Joannes Kamaldulis abusus esse permissione adeundi ad consanguineos in Statibus Americae Foederatis et relationes cum Marianis interrupisse, ac proinde fugitivus esse. Ego statim respondi me non posse declarare huiusmodi abusum, sed informationes mihi suppeditatas esse insufficientes ad inchoandam actionem canonicam contra reum. Quapropter rogavi ipsum Jakaitis ut mihi clare responderet ad aliquas quaestiones, quas composui, et easdem quaestiones misi ad Superiorem Provinciae Americanae. Utraque mea epistola eras praesentanda est in Secretaria Status ad transmittendum utrique destinatario. Ceterum fuerunt sat tristes notitiae de conditione nostrorum in Argentina, de difficultatibus nominatim Lithuanorum, quae ibi inveniuntur. Laetatus autem sum propter absolutam aedificationem ecclesiae Congregationis nostrae in praefata Avellaneda et de domo eidem ecclesiae adiacente.—
Cum de eisdem rebus loquerer cum Rev-mo Josepho Vaitkevičius, ipse satis tristia indicia de Congregatione nostra proferebat. Neque

ego potui valde laeta proferre, sed tristis dicebam multa mala apud nos perstare ideo, quod remedia saepe consensu multorum applicari medendis malis non possint, consensus autem inter Lituanos raro et difficulter formatur. Recte enim provecti non sumus, sed experientia administrativa et spiritu mutuae fiduciae adhuc caremus.

Die 27 martii 1943 epistolas, quas heri praeparabam, hodie in Secretariam Status non portavi, nam apparuit differentia opinionum inter Rev-mum Secretarium Generalem et me. Opportuit epistolam in aliam redigere formam et sic transiit tempus aptum ad quaecumque negotia in Secretaria Status peragenda. Nova redactio epistolae ad Rev-mum Jokaitis a Rev-mo Secretario ~~Redactum est~~ scripta est, relictis quibusdam partibus ex mea scriptura hesterna et additis quibusdam verbis. Hoc tamen totum nonnisi feria II sequente, i.e. 29.III in Civitatem Vaticanam expediri poterit. Iuxta videtur melius esse rem Emin. Candidi La Puma referri antequam epistolae Secretariae Status porrigantur; dictum enim in his responsa me Eminentissimo Praefecto S. Congreg. Religiosorum dirigenda; quod quidem verum est.

Die 28 martii 1943 Venerunt ad d-mos Giuseppe Lorito, quondam generalis exercitus et dux divisionis in Italia, necnon Antonius De Gerardo, commendatore dei Bersaglieri, qui nunc in ministerio delle Finanze sub [illegible] occupati [illegible]. Militarium adventus eorum fuit nonnisi salutatio amica. Heri vesperi, invitatus ab eis, ego ad eos venire non potui.

Inde a media nocte, videlicet, ab ipso initio diei 29.III incipit Romae obligare hora aestiva, quae est una hora anterior horae solari. In nostra domo accelerata horologia fuerunt tempore prandii, scilicet postmeridianae actiones horae 13 consolatae finitae sunt hora 14 et incepit hora subsequens. Factum autem est istud, ne studiosorum requies nocturna fieret brevior, quod certe evenisset, si accelerata horologia fuissent in nocte pro dormientibus. Nunc autem nonnisi brevior facta est recreatio dominicalis, quae solet satis longa esse et sine quacumque iactura brevior fieri potest. Auctor huius dispositionis fuit Rev-mus Joseph Vaitkevičius, M.I.C., superior generalis.

Hodie in colloquio ordinario cum fratre clerico Pio Gudulavičius, MIC, prosecutus sum tema praecedentis colloquii, scilicet,

Die 31 martii statim post meridiem adii Palatium Sancti Officii et prope corpus Em. Hermenegildi cardinalis Pellegrinetti oravi pro anima eius. Hic princeps Ecclesiae die 27 martii 1876 natus tribus cum dimidio annis iunior me fuit. Ante duas hebdomadas ipse sanus et robustus videbatur; nunc autem in aliam vitam transiit. Miseratione Divina ego adhuc inter vivos conversor, sed memor esse debeo occasus mei, qui non potest esse procul. Mors huius Purpurati momentum salubre est mihi; etsi inferior sim ei sub multis et magnis respectibus. Iam igitur tempus meum instat et diligenter eo uti debeo, ne quidquam ex eo perdam. – Herm. Pellegrinetti, cum erat secretarius nuntiaturae apostolicae in Polonia, una cum nuntio Achille Ratti, qui postea creatus est Summus Pontifex Pius XI, in Lithuaniam venit et urbes Kaišiadorys nec non Kaunas visitavit. In libro honorandorum hospitum Kaišiadorys exstat subscriptio praelati Pellegrinetti post subscriptionem Achillis Ratti. Post mortem Pii XI Pellegrinetti, iam cardinalis, publicam praelectionem de isto itinere fecit et Lithuaniam benevolenter in ea tractavit. Benevolentiam ipse animo manifestabat Patri Josepho Vaitkevičius, quem Vilnae apud Matulaitis noverat.

Die 1 aprilis 1943 an. Romae in ecclesia s. Ignatii celebrabantur exequiae corpore praesente Em.mi cardinalis Hermenegildi Pellegrinetti. In foro ante portam ecclesiae principalem constiterunt multi milites exercitus italiani in ordine militari et in vestibus solemnibus. In ipsa ecclesia prope feretrum stabant iuvenes fascistae cum vexillo suo. Convenerant plurimi cardinales Romae degentes, aderant multi archiepiscopi, episcopi et religiosarum familiarum superiores. Ex Congregatione nostra CC. RR. Marianorum adfuimus tres de Consilio Generali: Rev.mus Vicarius Generalis Ladislaus Mroczek, Rev.mus Secretarius generalis Joseph Vaitkevičius et ego. Cantus fuerunt perfectissimi et pulcherrimi. Feretrum cum corpore defuncti circumdatum fuit centum cereis. Post Missam decanus S. Collegii Cardinalitii Iannarius Pignatelli di Belmonte absolutionem praestitit.

Post meridiem locutus sum cum fratre laico Nicolao Arcano, qui scripserat, prout potuit, meditationes primae diei exercitiorum spiritualium. Ill.mus ac Rev.mus Joseph Camoro correxit scripturam Arcanii latinicam. Ego vero dixi huic fratri domno esse sublevandum ita, ut

vitarentur errores a Comano indicati.

Die 2 aprilis 1949 a. in meditatione matutina considerabam actionem Pilati, qui Christum Dominum damnavit ad mortem persuasus de innocentia eius, sed lavit manus suas reiciendo culpam iniusti decreti in populum tumultuantem. Hac occasione in mentem mihi rediit mea actio aliquatenus similis sceleri Pilati: Anno [illegible] 1928 ad finem vergente, aut 1929, S. Congregatio Orientalis commisit mihi, ut sententiam meam in quadam re, cuius nunc non memini, proponere, quod ego feci in scripto. Aliquo tempore post ep-pus Michael D'Herbigny, SJ, mihi quasdam errores in meo scripto indicavit et suggessit eos corrigere altero scripto, cuius apparentia non differret a priore, promittens hoc secundum meum scriptum prioris loco substituere. Ego consensi et feci, quia non habui sufficientem animi fortitudinem ad resistendum huic suggestioni. Tunc nondum sciebam inimicitias esse inter M. D'Herbigny, ex una parte, et cardinalem Sincero ac M. J. Cicognani ex altera. Postea multas humiliationes passus sum ex parte huius Cardinalis, a domino vero Cicognani et omnibus suis plura et peiora expertus sum. Omnia

ista meritus sum pusillanimitate, quam modo narravi. Praeter debitam animi fortitudinem tunc mihi defuit et sinceritas, quae a quacumque falsitate abhorret. Falsitas enim fuit documentum recentius pro documento anteriore substituere. Propono igitur numquam amplius quidquam simile huic faciendi.

Idem amor veritatis inducit me, sicut uxor inducere voluit Pilatum, ad serviendum veritati et iustitiae. Ego quidem non sum iudex; sed in libris a me vulgatis multa de veritatibus Christi locutus sum; conscientia vero me clamat, ut corrigam errores, qui in scriptis meis inveniuntur. Senectus enim instat et dilationem correctionis errorum meorum non licet in remotum exponere futurum. Ex altera vero parte accingere me ad novum laborem nondum finitis duobus, quibus nunc incumbo, nihil aliud erat, nisi perturbationem occupationum augere. Ideo Deo adiuvante statui finire biographiam Iustini Bonaventurae Pranaitis, restringendo me ad ea quae directe ad eam referuntur; deinde finire nondum finitum III caput in libro meo de apparitionibus in Lourdes, et tunc statim accedere ad retractationem errorum. Omn-

Statuimus autem de situ Missae ritus byzantini et biographiam Georgii Matulewicz reponere ad tempora posteriora. Orandum est mihi, ut Deus mihi vitam concedat ad perficiendum opus retractationum post absoluta duo opera, quae nunc incumbunt; negotia vero ulteriora minus necessaria sunt. Si enim eis non absolutis mortuus sum, nihil inde mali eveniet.

Haec dispositio de ordine scribendorum, sane, non imminuit tempus, quod requiritur ad recte et utiliter facienda ea, quae mea officia superioris Marianorum Generalis respiciunt.

Die 3 aprilis 1943 a. Tota fere die occupatus fui rebus externis. Post ientaculum statim profectus sum in palatium S. Callisti, ut auguria mea attestarem Em. Cardinali La Puma, cuius dies onomastica die 5 aprilis occurrit, id est, feria II. Deinde domum redii et inde profectus sum in basilicam S. Petri ad participandum in Missa exequiali pro defuncto cardinale Arturo Hinsley. Dum ibi proficiscerer, narratum mihi est d-num St. Lozoraitis ante paucos dies in magno periculo fuisse, ex quo vita sua incolumis exiit, sed suus currus automobilis tam fortiter inter murum et currum tramviarium compressus est, ut non nisi difficulter reparari possit et quidem expensis 27.000 libellarum. Post meridiem domi mansi et prosecutus sum opus scribendi biographiam Pranaitis. — Mors saevit inter polonos. Romae mortuus est valde honorandus pater consiliarius generalis Ordinis S. Francisci. Ex America vero venit notitia illi mortuum esse in virili, sed non provecta aetate episcopum dioeceseos Grand-Rapids, Ex-mum Plagens, qui item polonus fuit.

Die 4 aprilis 1943. Hodie facimus exercitia spiritualia menstrua, ut praeparemur ad mortem. Vere necessaria est res cum tot tantosque videmus mori circa nos. Ego autem hodie notandum esse censeo in natura humana deesse media proportionata ad cognoscendum Deum ea perfectione qua cognoscimus creaturas. Itaque censeri potest nobis esse impeditum accessum ad Creatorem. Sed non est impeditus accessus Creatori ad nos, nisi mortale peccatum Eum ab appropinquando nobis arceat. Ego quidem desidero cognoscere Deum melius quam id fieri potest ex consideratione creaturarum. Neque sufficienter cogno-

cunt Eum philosophi, qui recte affirmant Eum esse Ens Absolutum. S. Basilius Magnus et H. Spencer non errant asserendo Deum esse Ignotum. Supra prorsus, fortasse, ascenderunt S. Theresia d'Avila et S. Joannes de Deo, qui Deum immediate perceperunt sibi adesse. Post ann. 1940, perlectis operibus S. Joannis de Deo, ego diligenter incepi studia ad ascendendum ad Deum, sed mei conatus, valde utiles animae meae, non attulerunt mihi notitiam Dei sublimiorem notitiae physicorum, philosophorum et theologorum. Deus mihi non concessit eam perceptionem Sui, qua gaudere solent ii, qui ad notionem quietis iam pervenerunt. Ratio autem huius negationis faciliter colligi potest; nam oportuit me unionem cum Deo intimiorem desiderare et quaerere multis annis antea. Justus es, Domine! et Benedicta sit semper iustitia Tua. Caritas vero Dei in me manifestata fuit imprimis remissione scelerum meorum, deinde mea vocatione sacerdotali et multis, immo innumerabilibus favoribus, quibus cumulatus sum. Adest igitur Deus creaturae Suae multiplici modo et pertingit ad eam variis modis. Sapientia Sua permisit hominem

manere sine facultate immediatae aspectionis Dei, probabiliter, ideo quod ~~[illegible]~~ semper secretus manebat Deo accessus ad creaturam et manifestatio huius accessus dependebat de voluntate Creatoris, non vero creaturae, quod quidem consentaneum fuit naturae utriusque.

Die 5 aprilis 1943 an. fuit feria II. In ea debuit fieri sessio Consilii Marianorum pro die 3 huius mensis assignata, sed neque hodie fieri potuit. Inter causas, cur Rev-mi Consiliarii adesse non potuerint, probabiliter, ponendus est etiam defectus roboris in animo meo; sciunt enim me facile cedere rationibus, quae adducuntur contra decisionem meam. Itaque reformatio a me ipso incipere debet. Natura mihi bene roborem non dedit; acquiri vero haec fortitudo, quam subditi sine declaratione percipiunt, non potest nisi mortificatione. Ego tamen raro et nonnisi levibus usus sum mortificationibus. Statuo igitur ex nunc validiori accingere me mortificationi et severiori insistere, ut subditi melius mihi oboediant. Sine hac constantia vix quidquam prodesset mortificatio, ac multis esset insistentia sine mortificatione.

__Die 6 aprilis 1943.__ Hodie nihil scribere oportet; nimis enim afflictus et turbatus sum, ideoque facile aliquid inconveniens in scriptis verbis etiam me invito immisceri potest. Non alienas culpas, sed peccata mea mihi consideranda et animo volvenda sunt.

__Die 7 aprilis 1943.__ Quadam vice cum adhuc Communitates alterae russorum Lithuaniam opprimebant et ego sollicitus fui de seminario pro Lithuanis in Italia erigendo, suggerente Ex.mo et Rev.mo D.no E. Ruffini, S. Seminariorum et Universitatum Congregationis secretario, adii Rev.mum Patrem Vladimirum Ledóchowski, superiorem Societatis Jesu generalem. Cum loqui coepissem et aedificationem Collegii Russici mentionarem, Superior Generalis mihi dixit se esse repentino morbo correptum et rogavit colloquium interrumpi. Ego tunc intelligere non potui, quid acciderat, quia Rev.mo P.i Assistant Prazon sane statim rediit et me eo audiente nihil gravi accidisse. Reapse Pater Ledóchowski tunc non fuit aegrotus. Sed ego nunc intelligo eum. Ipse enim sensit magnam iram in corde suo ebullire, quia negotia Collegii Russici non fuerunt splendida, nec defuerunt homines qui ... generali asseverarent me male intentionatum esse erga collegium istud. Ipse quidem errabat credendo huic calumniae. Sed prudenter egit, cum nollet iram suam palam fieri coram me. Mihi quoque haec ratio agendi imitanda est, praecipue quando aliquis me aliqua contumelia afficit. Heri regulam istam prudentem non sum secutus, ideoque hodie paenitet me. Orandum igitur est mihi, ut in posterum sapientior, prudentior, patientior ac humilior fiam.

Hodie mortem sacerdotis Eduardi Jawicki MIC, ex epistola Rev.mi Joannis Sobczyk, Provincialis Polon., didici. Sacerdos iste Marianus aetate maior me fuit fere 17 mensibus. Differentia ista aetatis valde parva est, ideoque eius mors me monet, ne convenientis mortis meae obliviscar. Deum ✝ igitur oro pro anima sua, et eodem tempore me bonitati Divinae commendo, ne inopinate moriar. Vellem autem usque ad ultimum mensem an. 1945 vivere, ut in Capitulo ~~extra~~ordinario Congregationis nostrae successorem mihi eligere queat. Voluntas tamen Dei fiat, non mea

de habitu considerandi mortem, sed hodie addidi principales veritates doctrinae catholicae de iudicio particulari post mortem statim secuturo.

29 martii 1943 absente Em. card. La Puma, praefecto S. Congregationis Religiosorum, rogavi secretarium eiusdem Congregationis Exc.mum Lucam Hermenegildum Pasetto, et [illegible] tres epistolas, quarum duae tractabant de negotio fugitivi mariani Joannis [illegible] et [illegible] in Americam, tertia vero dirigebatur [illegible] superiorem domus nostrae Londiniensis. Cum archiepiscopo L. Pasetto locutus sum de spiritualibus vulneribus provinciae nostrae, dictis et apparuit identitas sententiae eius ac meae; quae censet opportere proficisci in Americam, peragere ibidem visitationem et adhibere remedia opportuna. Cum rediissem domum, convocavi Capitulum Generale et ei proposui sententiam meam de opportunitate visitationis canonicae in Provincia Americana. In hac sessione omnes tres Consiliarii Generales sententiam meam approbarunt.

Eadem die hora 5½ post meridiem visitavi generalem Josephum Lorito, a quo et ab uxore eius amicissime

receptus sum. Ordinem tamen [illegible] mihi est, fuerit [illegible] ipse una cum S. D. Gerardo pridie huius diei. Memoria [illegible] meam frequentissime me in errorem induxit. Sed [illegible] generali Lorito mihi visitam fuisse non eadem ac [illegible] generalis Itali, qui venerat ad me die 28ᵃ. [illegible] est igitur D. Gerardo, [illegible].

30 martii 1943 portavi S. Congregationi Religiosorum brevem epistolam Delegato Ap. in Statibus Americae Septentrionalis Foederatis inscriptam, qua rogabam, tres litteras: a) Superiori Marianorum Provinciali, b) Superioris Domus in Avellaneda (Buenos Aires) et c) Superiori Domus Londinensis appositas transmitti. Epistolae hae pridie huius diei fuerunt Exc.mo Secretario S. Congregationis Religiosorum traditae. Ipse quoque dixit me ad quatuor epistolas meas additam fore epistolam commendatitiam [illegible] S. Congregationis [illegible] Religiosis et me maxima cum bonitate tractavit.

Eadem die Rev.mus L. Mroczek, M.I.C., vicarius meus generalis, dixit mihi Eminentissimum Hermenegildum Pellegrinetti, qui periculoso morbo ante paucos dies correptus fuerat, mortuum esse die 29 martii circa horam 22am.

Die 8 aprilis 1943 Quasi tota die scribebam de itinere prof. Justini Bonaventurae Pranaitis anno 1900 in Sibiria apud catholicos ibi dispersos facto. Ratio scribendi ea fuit, quod litterariae narrationi ea, quae in „Misye Katolickie" anni 1902 polonice ab ipso Pranaitis narrata inveni. Mea narratio non fuit servilis versio, sed quoad substantiam ea narrationum minuta referebam, quae in originali dicta sunt. Addebam paucissima, quae in latina eiusdem Missionarii relatione inveniebantur in polono textu omissa. Latina relatio fuit typis vulgata in annuariis Academiae Ecclesiasticae Rom. Catholicae Petropolitanae anni 1900-1901.

Diem hunc quasi in silentio et labore transegi. Unum negotium Congregationis Marianorum expedivi, nempe: duas epistolas (privatam germanice et officialem latine) inveni sacerdoti Francisco Brazys M.I.C. Praham in Bohemia scripsi. Praeterea d-no Josepho Maiolli scriptis gratias egi pro restituto mihi manuscripto „Čiotki", seu modus orandi russicus, quod spero post bellum tradere ephemeridibus „Kamenovoe Bracimo"

Die 9 aprilis 1943. Quotidie facio meditationem veritatum revelatarum et omne studium adhibeo, ut eam practico proposito concludam. Sed fructus ex eo multo minores sunt quam qui sperari possint. Praecipue ipsi frustrantur dum aliquid repetimus insperate accidit. Tunc enim statim ad agendum systema nervorum movetur, intellectus vero et ratio nimis tarde veniunt et sensationi exposti, ut plurimum subiciuntur. Res ista hoc loco modo aperire solet, quod connexio systematis corporalis sensationum praevalet systemati spirituali intellectus. Maxima perfectio spiritualis attingi posset, si spiritualia corporalibus in vita praevalerent. Totum igitur munus exercitationum spiritualium, praecipue vero asceticarum, in eo consistit, ut intellectui et menti dominium in omni vita humana restituatur. Sed scopus iste non potest attingi nisi vires spirituales crescant, corporales vero diminuantur. Hoc assequuntur omnes omnium temporum ascetae, qui ad mortificationes recurrebant. Sed nunc

consistit utilitas mortificationis. Sed neque mortificatio celeriter crescere facit vires spiritus. Felices sunt homines, qui ex nativitate iam habent quantitatem virium spiritualium superiorem viribus sensationum corporalium. Probabiliter hoc dono Dei gaudebant ii sancti, de quibus recte refert historia eos ab infantia solitos fuisse vitare ludos infantiles, insolitam vero praeseferre pietatem et precum exercitium virtutum manifestasse. Me quod attinet, neque in aetate septuagesimi primi anni aetatis vitae meae eam altitudinem consecutus sum. Sed non conqueror. Nemini enim nisi mihi culpam huius rei attribuere possum. Prius enim gradibus scientificis insigniri curavi, quam mortificationem colere. Nunc gratias ago Deo meo, quod saltem antequam mors advenit hanc veritatem percepi, et nondum spoliatus sum occasione saltem ultimam partem vitae hoc salutifero exercitio nobilitare. Pudet et dolet me etiam nunc me nonnisi levibus mortificationibus uti et carere vi ad heroicum earum gradum.

Die 10 aprilis 1943. Heri notavi solere homines sine veri nominis culpis cadere in defectus involuntarios nonnisi propter defectum vigoris spiritualis. Fortasse idem fit, quando aliquis, peccatum ebrietatis sincere vitare volens, nihilominus in eum cadit propter nefastam hereditatem, aut propter aliquam culpabiliter contractam consuetudinem, quae facta est iam fortior omnibus viribus suis. Idem, fortasse dicendum est de vitiis irae et impuritatis. Nos debemus tales homines considerare reos, quia aliter pateret via ad toleranda omnia peccata, sed quid de eorum lapsibus Deus censeat, nobis non liquet. Duplex est officium nostrum, dum accedimus ad tractandos eos, nempe: a) non permittere eos, ut semetipsos excusent, dum nondum correcta est ratio agendi eorum, et b) non agere eos in desperationem, nam carentia spei est obstaculum correctionis. Quando res agitur de vocatione ad sacerdotium, aut ad vitam religiosam, subiecti vitam perfectionis et assumptionem consiliorum Christi addendo ea ad praecepta legis, non licet negotium spei favendo praeferre bono Ecclesiae, nec voluntati familiae religiosae. Homines, quorum vires spirituales non sufficiunt ad deponendum habitum mortaliter peccaminosum, debent a sacer-

debiti et a votis monasticis, quamquam simplicibus, praecipue paupertatis excusi. Ipsi enim incapaces sunt conferre quidquam ad salvandos illos, ipsi autem facilius salvantur in statu fidelis ~~[illegible]~~ populi communis quam in statu perfectionis, in quo observatio consiliorum Christi est obligatoria.

Die 11 aprilis 1943 an. Dominica Passionis. Summus Pontifex Pius XII hodie hora 17^{30} in basilica S. Petri Romae praesidebat sic dictae Stationi Quadragesimali. Dum processio pergebat ex capella chori ad altare Confessionis in eadem basilica, Beatissimus Pater ipse manibus propriis portabat crucem poenitentialem. Adfuerunt 12 cardinales et circiter 30 episcopi ac archiepiscopi saltem trium rituum: latini, byzantini et armeni. Byzantini fuimus tres: Evreinoff, Bučko et ego; armenus fuit archiepiscopus Sergius Der Abrahamian. Multitudo fidelium fuit maior quam ordinaria ita, ut post absolutas functiones etiam episcopis difficilis evasit egressus ex ecclesia.

Eadem die quidam asserere coeperunt mox futurum esse, ut pax cito fieret inter partes belligerantes. Utinam id fiat!

Die 12 aprilis 1943. Appropinquante morte a quibusdam malis inclinationibus sequendis abstineo, nec habitibus malis quondam contractis consentio; sed inclinationes istae manserunt et habituum sequelae non disparuerunt. Resistendo iis percipio pondus eorum non solum intellectu, sed etiam sensu. Gravant me ista. Considerando ea nunc melius intelligo quam tremendum pondus Christus Dominus accepit, quando in horto Olivarum peccata totius mundi assumpsit portanda et redimenda in patibulo Crucis. Mirum tamen frigus coagulavit cor meum, ut non scindatur magnitudine doloris, cuius necessitatem intellectus facillime videt et agnoscit. Frigus istud est etiam irrefutabile indicium deesse in natura mea eam realitudinem, quae idem sentit quod et agnoscit. Agnitio enim est, sensatio vero doloris deest. Haec absentia natura sua adiungitur ad pondus istud, quod me opprimit propter inclinationum innatarum et vitiosorum habituum sequelas ac pondus. Ante annum aetatis meae sexagesimum consideratio passionis Domini ad lacrimas me adigebat, nunc vero haec [illegible] disparuit. Nec

invenio causam, cur id factum sit. Utinam liber sim a culpa! Domine, sit voluntas Tua benedicta! Si autem propter culpam meam induratum est cor meum, ostende mihi peccatum meum, ut corrigere possim!

Die 13 aprilis 1943 an. Hodie oravi prope cadaver cardinalis Friderici Cattani, qui die 11 huius mensis post absolutam missam vespertino morbo correptus vespere eiusdem diei post solis occasum exspiravit. Honesta fuit huius viri vita, quae eum ad tam altam in Ecclesia extulit dignitatem, sed dignitas ista exiit tandem in mortem. Mors igitur est terminus vitae, divitiarum ac dignitatum, quantumvis sublimes sint istae. Mens mea clare intelligit hanc veritatem, sed affectus sensibilis semper adhuc irrationabilis monet praeferendo honores humilitati, altas dignitates utilibus et securis occupationibus, non obstantibus meis conatibus, quibus perfectionem christianam aspiro; et optima argumenta, ab intellectu ac fide suppeditata inefficatia manent; non enim vi duci solet homo animalis, sed irrationabili non a communi populo stabilito.

Die 14 aprilis 1943 an. Heri in ephemeridibus „Osservatore Romano" prodiit epistola latina Beatissimi Patris Pii XII ad cardinalem Franciscum Marchetti-Selvaggiani, quacum Summus Pontifex congratulatus est de huius vigesimo quinto episcopalis consecrationis anniversario. Sed „Annuario Pontificio" anni 1943 paginis 27 et 143 utroque loco bis asserit hunc cardinalem accepisse episcopalem consecrationem die 14 aprilis 1916 an. Ex quo patet eum non XXV sed XXVII consecrationis suae instare anniversarium. Praeterea non solum ego, cuius memoria valde fallax est, sed et alii meminerunt anno 1941 celebratum fuisse iubilaeum episcopale Em-mi Vicarii Urbis. Haec res tum in me tum in aliis inconsuetas excitavit cogitationes et sensationes. Ex una parte videbatur ~~[illegible]~~ impossibile Summum Pontificem errare in edendo tam claro publico documento, ex altera vero parte certa videbantur documenta officialia. Haec res, sane, non attingebant infallibilitatem Summi Pontificis, quia non respiciebat res fidei et morum; nihilominus excitabat quaestionem et generabat dubium, utrum sufficienter accurati sint homines, qui fiducia Beatissimi Patris utuntur ad praeparanda documenta eius nomine et auctoritate vulganda? Haec ultima quaestio, quamvis non intret in ambitum officiorum meorum, tantam inquietudinem in animo meo excitavit, ut quasi integer dies in commotione transiret.

Cum ego iterum [illegible] se non [illegible] non accepimus [illegible], conabar ne aliquid bonum facere et notabile bonum commentare; sed [illegible] non [illegible], quod non volebam. Quam [illegible] haec commutatio mea [illegible] a Christo in cruce factae [illegible] comparatisque!

Die 16 aprilis 1943. Nimirum tertius ego fui valde commotus propter epistolam Pii XII cardinali Francisco Marchetti-Selvaggiani datam, quae congratulabatur cum hoc propter 25-tum episcopalis consecrationis anniversarium. Videbatur enim mihi Summum Pontificem errasse, nam „Summus Pontifex" annotabat consecrationem istam evenisse 14.IX.1916. Tamen commotio mea vana fuit, nam non epistola Pontificia, sed „Summus Pontifex" errant. „Acta Apostolicae Sedis" anno 1916 nihil de praefato [illegible] habent, sed anno 1918 [illegible] volumine X, pagina 126 haec officialis [illegible] Apostolicae Sedis [illegible] Franciscum Marchetti Selvaggiani, [illegible] Apostolicum in Venezuela promotum esse ad titulum archiepiscopalis Seleuciae [illegible] [illegible] consecrationem [illegible] mense aprili, die vero 14.

eiusdem 1918 an., non non fuit translatus ex sede in sedem, sed promotus. Commotio igitur mea saltem una vice probavit me esse non solum optimum, sed et practicum ad commotionem propter causam, quae in se non existit. Evenire autem id solet, quia attentio mea nimis absorbitur aliqua consideratione particulari, cuius falsitatem non percipio propter nimiam inclinationem ad fidendum ei. Haec autem inclinatio manifestat animum meum in efficiendis conclusionibus non solo intellectu duci, sed affectui subici, quae res, [illegible], probat intellectum meum esse non liberum a servitute affectuum, ac proinde esse etiam inferioris qualitatis. Conclusio ista valde displicet mihi, sed, etiam, vera est. Opera igitur a me publice [illegible] facta non possunt magno valore pollere; et ego primus teneor hanc tandem veritatem agnoscere.

Die 17 aprilis 1943. Ultimis hisce tribus diebus in Oratorio Domus nostrae Romae, via Corsica 1, fiebant exercitia spiritualia pro laicis lituanis. R.P. Joseph Vaitkevičius [illegible] quotidie singulas [illegible] conferentias. P. Joannes Sakavičius dirigebat caeremonias, RR PP Joseph [illegible] (non [illegible]

nianus) et Joan. Kružinkaitis M.I.C. audierunt confessiones. Frater vero Pius Gutauskas M.I.C. pulsabat organum et cantabat. Pauci fuerunt adstantes, quia pauci sunt Lithuani Romae. Initium exercitiorum fuit die 15 aprilis hora quasi 17 et inchoatum est hymno „Veni Creator", post quem fuit primus sermo. Deinde canticum poenitentiale et secundus sermo, post quem cantabantur supplicationes coram SS Sacramento in aperto tabernaculo. Deinde benedictio Sanctissimi. Idem repetitum est diebus 16 et hodie, eo excepto, quod loco „Veni Creator" cantabatur aliquid poenitentiale.—

Hodie consideravi vitium meum, quod dolorose percipit quamcumque actionem est vituperationem, quae honori meo derogat. Christus autem Dominus tam saepe et atrocissime offenditur ab hominibus et ego parum commoveor, quia careo vero sensu iustitiae. Ex hoc agnosco causam commotionis meae non esse positam in amore iustitiae, quae violatur, sed in amore proprio, quod fortiter patitur offensas erga me factas et leviter percipit multo maiora scelera erga Divinam Personam commissa

Die 18 aprilis 1943 Dominica Palmarum. Quis adornavit solemnem ingressum Domini Nostri Salvatoris in Jerusalem? Ingressus iste, ut sane, fuit a Deo praevisus et a prophetis, praecipue a Zacharia, praedictus, sed inde non sequitur defuisse hominem, qui hanc solemnitatem adornaret. Certe id non fecerunt auctoritates Romanae, nam laetitia populi nimis clare characterem praeseferebat nationalis independentiae indicisse. Spiritus iste valde placuit populo et faciliter explicat, cur turba multa in ingressu laeta participaverit, sed non turba ingressum adornavit. Non adornaverunt eum apostoli, quia ipsi incapaces fuerunt talium adornationem. Neque ipsi noverunt id fuisse adornatum. Si enim novissent, in Evangeliis ingenue dixissent. Neque Christus Dominus adornabat hunc ingressum, quamquam videtur novisse eum esse adornatum, cum mitteret discipulos ad asinam eiusque pullum adducendos. Ipse potius subibat talia, non quaerebat. Res videtur fuisse adornata a Iuda Iscariota, qui impatienter exspectabat „adventum regni Messianici", sensu corporali considerati. Probabiliter ipse adornabat hunc ingressum consilio

collatis cum pharisaeis. Nihilominus cum ipse vinare animum huic adorationi rigorosus applicavit, pharisaei perfide ei concursum praestabant et quidem tam parvum, ut ipse ingressus non pertingeret ad gradum, cuius capax fuit integer populus iudaicus. Praeterea ipsi omiserunt executionem solemnis conclusionis, quam probabiliter discipulo traditori promiserant, nempe solemnem receptionem Christi in templo, homagiumque ei exhibendum. Scopus eorum erat accusandi Christum coram Pilato criminis politici scilicet attentati ingressus in urbem capitalem ad arripiendum regnum. Hoc argumentum ei usi deinde sunt ad Pilatum inducendum ad damnationis capitalis decretum contra Christum promulgandum. Pilatus noverat inanitatem huius argumenti, sed timuit Tiberii caesaris severitatem. Tota haec argumentatio caret certitudine, sed non caret quadam probabilitate. Opus enim redemptionis nostrae, maxime supernaturale cum fuisset, nihilominus in naturalis vitae eventus intexebatur. Homines

enim peccata super peccata accumulabant et concentrabant, Deus autem in medio crimina hominum immittebat beneficium redemptionis actus, externam speciem criminis non respuens, sed sacrificium vitae suae assumens sicut agnus ad occisionem ductus, sicut homo despectus. Sed iste modus agendi Divinus, quo magis a spiritu humano differt, tanto magis adorandus est. Admissa hypothesi, quae censet Iudam Iscariotam fuisse a pharisaeis delusum, facilius explicatur desperatio infelicis discipuli eiusque actus, quo ipse reiecit triginta argenteos, eosque in templo proiecit.

Die 19 aprilis 19[illegible]: [illegible] Immensitas et atrocitas eorum [illegible] ac multo maior dolorum, quas matres parturientes pati solent. Christus vero in cruce pendens et patiens nos filios eiusdem Matris fecit. Nos igitur facti sumus filii Dei Genitricis eo tempore, quo ipsa atrocissimos subibat cruciatus. Oportet nos meminisse huius circumstantiae et devotionem fovere erga Mariam Matrem Dolorosissimam

censet Iudam Iscariotam fuisse a pharisaeis delusum, faciliter explicatur desperatio infelicis discipuli eiusque actus, quo ipse retulerit triginta argenteos, eosque in templo proiecerit.

<u>Die 19 aprilis 1942.</u> Hodie commemoramus dolores, quos B. V. Maria passa est, cum stabat iuxta crucem Filii sui morientis. Immanitas et atrocitas eorum ad eundem, ac multo maior doloribus, quos matres parturientes pati solent. Christus vero in cruce pendens et patiens nos filios eiusdem Matris fecit. Nos igitur facti sumus filii Dei Genitricis eo tempore, quo ipsa atrocissimos subibat cruciatus. Oportet nos meminisse harum circumstantiarum et devotionem fovere erga Mariam Matrem Dolorosissimam

In Lithuania praecipue sequentibus in locis coluntur imagines B.M. Virginis, nempe Vilnae, Šiluva, Žemaičių Kalvarija, Pažaislis. Propter insignem reliquiam Verae Crucis, quae Žemaičių Kalvarijoje conservatur, opportere mihi videtur, cultum Immaculatae Virginis Matris Dei cum Passione Christi coniungi, ac proinde eo in loco Mariano promovere deberent cultum Dolorosissimae Beatae Virginis. Šiluvae iam ipsa honoratur tamquam Salus Infirmorum. Vilnae tamquam Mater Misericordiae. Sed Pažaislis, fortasse, speciali modo Immaculatae Conceptionis cultui destinari deberet, nam a virginibus Congregationis S. Casimiri custoditur, quas decet esse primis modo esse immaculatas et Immaculatae Conceptioni promovendae addictas.

Die 20 aprilis 1943 fui invitatus a d-no comandante Antonio Di Girardo, qui suam domum et familiam consecrabat SS. Cordi Jesu ea occasione, quod anniversarium decimum hodie completum sit ex quo ipse uxori suae matrimonio iunctus est. Optima ad res et exemplum sequendum. Sincere ei omnia fausta prosperaque optavi et oro Deum, qui domui huic familiaeque benedicat.

Die 21 aprilis 1943 an. Omnes mulieres temporis nostri opprimuntur iugo eorum, qui dirigunt formas vestium ornatusque muliebrum. Evisum est res multo maiorem praevalere modestiam in vestibus virorum quam mulierum. Vestes, quibus ante 60 annos non essent ausae indui meretrices, nunc factae sunt communes omnibus etiam matronis et virginibus. Quidam spiritus lupanarium regnare coepit in usibus vestitionis muliebris. Facies teguntur, pedes et crura denudantur. Valedicitur quoque sanae rationis dictamini. Quidam amicus meus solet mordaciter dicere: „Iam aestas appropinquant, nam mulieres pellibus indui incipiunt." Re enim vera in vestimentis mulierum hodiernarum non quaeritur finis attingendus, nec pulchritudo promovenda. Ungues enim et labia rubro colore ita pinguntur, ut appareant tamquam bestiae quae ante paucissimum tempus sanguine pastae sint. Contra elementaria naturae dictamina calcaria ita elevantur, ut pes non possit recte tangere terram. Collum et guttur non proteguntur contra frigus autumnalis venti. Abdomen vero constringitur ita, ut i-

gestis viam naturalem prosequi non possit. Si exstat aliquis tyrannus, qui atrox et stupidus, qui talia praeciperet servis suis, usus ornatus muliebris nostrorum temporum facilius explicari posset. Fortasse adest talis tyrannus, sed satis sagax ad abscondendum seipsum. Tyrannus iste, fortasse, non est persona humana, sed inimicus generis nostri, qui odio in mulieres fertur et despicit eas; dirigendo normas vestitionis eadem ope hominum, qui suis insinuationibus facile subjiciuntur.

__Die 22 aprilis 1943.__ Actio Catholica iam incipit aliquos conatus adhibere Romae, ut vestimenta muliebria ad saniores et modestiores formas redigat. Mihi autem videtur sermones et consilia non esse satis efficacia ad resistendum pessimo influxui, qui emanat ex principalibus officinis ornamentorum muliebrium in principalibus urbibus prodit et ubique celeriter diffunditur. Necesse est imprimis condere officinas vestimentorum muliebrium sufficienter magnas et perfectas, ut pessimo influxui influxum regenerationis opponere possint. Sed necesse est huiusmodi officinas valde caute et valde

celeriter instrui. Actio earum deberet incipi sine manifestato scopo reformationis, sed cum evidenti et efficaci perfectione materiae operisque coniuncta cum pretiis moderatissimis. Moniales, praesertim claustrales populi, magis conferrent ad gloriam Dei augendam, conficiendo vestes muliebres talium officinarum, quam acu pingendo ornamenta sacerdotalia liturgica. Sane, officinae corruptrices statim inciperent minuere pretia sua, ut officinae independentes e medio tollerentur. Quapropter necesse est habere valde magnam copiam pecuniae reservatae, ut officinae independentes luctamen sustinere et vincere possint. Ad hunc scopum pecunia deputata pecunia est eadem impensa, quam ad condendam ecclesiam non parvulam vel cathedralem. De hac re summo Directio Actionis Catholicae potest utiliter cogitare. Sed censeo necesse esse hanc rem examinari et praeparari, antequam executioni mandetur, non minore cura et non breviore tempore, quam cura et tempus a Leone XIII impensa antequam encyclicae litterae „Rerum Novarum" prodirent. Nec minor auctoritas requiritur ad negotium istud executioni mandandum.

23 aprilis 1943 an. Prosequendo ea quae notavi nudiustertius et heri addendum est opus officinarum Actionis Catholicae, destinatarum ad vestimenta muliebria decentiae substituenda debet valde caute procedere et stricte servare quasdam regulas, nempe: a) curandum est vestium pulchritudini, ut naturalis gracilitas mulierum ope vestium augeatur. Vestes enim istae non monialibus, sed saecularibus destinantur. Quapropter moniales, quae huic operi addicuntur non solum moneri, sed educari debent, ut hanc vestium qualitatem non parvipendant; aliter enim omne opus in vanum ibit, nam multitudo mulierum non vestitur nisi ad placendum oculis inspicientium. b) Vestes istae debent esse pretio inferiores iis vestibus, quae a mundanis conficiuntur. Haec qualitas est medium ad alliciendas eas mulieres, quae magnam pecuniam expendunt ad vestiendas seipsas filiasque suas. In hoc consistit totus successus et spes victoriae. c) Forma vestium debet esse commoda et rationalis. Quamvis enim multitudo mulierum huius temporis ad haec fere omnino non attendat, nihilominus differentiam inter commoda et incommoda, rationalia et irrationalia

percipiat et aestimet id quod melius est. d) transitus a formis hodiernis ad reformatas debet fieri non statim, sed sensim sine sensu et sine minimo vestigio coactionis. Haec res multam patientiam praesupponit nec longo tempore nullam dabit consolationem nullumque indicium fructuum sperandorum.

Heri et hodie assistebam Capellae Papali in Sacello Sixti IV Palatii Vaticani. Occasio huius capellae Caena Domini et Feria Sexta Maioris Hebdomadae. Inde ab an. 1939 ad Capellas Papales proficiscebar una cum Ministro Dre S. Girdvainis, qui Rempublicam Lituanam apud Sedem Apostolicam repraesentat. Ipse enim eundo ibi etiam me admittebat in currum suum automobilem. Hisce tamen duobus diebus ipse non ivit, quia unus currus ante aliquod tempus confractus fuit in infausta collisione cum curru tramviario. Alter vero currus pertinet ad secretarium legationis dominum Gaurilius, qui cum suo curru abfuit longe ab Urbe Roma omnibus hisce diebus, nec fuit reditus nisi hebdomada sequente. Itaque ego ad proficiscendum usus sum curru communi, qui plateas percurrit ordinarie.

Caeremonia autem mea portabat meum secreta.
James Sakevičius, M.I.C.

Die 24 aprilis 1943 an. Hodie nihil notatu dignum occurrit. Dies ista est Sabbatum Maioris Hebdomadae. Post meridiem homines veniebant ad auguria Paschalia mihi dicenda, quod ego eis rependebam. In meditatione matutina statui votum virtutemque paupertatis ita exercere, ut non utar rebus, ad quas comparandas non statim inducuntur ei subditi, qui parum mihi favent, etsi utilitas harum rerum mihi videatur non distare a necessitate.

Die 25 aprilis 1943. Festa Paschalia. Propter raram coincidentiam cum festo S. Marci Ev. quaedam extrabiblicae prophetiae praedicebant magnas calamitates, quae nequaquam non apparuerunt. Idem fuit anno 1886 qui in Lituania fuit optimus. Etiam hodie Romae aeris temperies fuit perfectissima. - Sed non defuerunt hodie res, quae mihi minus placuerunt, nam propter invisentium multitudinem consuetae orationes meae non potuerunt dici et examen conscientiae in Meridie omissum est propter eandem causam humanitatis. Quaedam perturbationes ordinis diurni praevidentur etiam pro re crastina.

Die 26 aprilis 1943. „O stulti et tardi corde ad credendum in omnibus quae locuti sunt prophetae (Luc 24,25). Haec eiaculatio videtur magis quadrare cum mente et spiritu Cleophae, qui proficiscebatur Jerusolimis in Emmaus, quam cum spiritu Domini Jesu, qui eadem die resurrexit a mortuis. Nihilominus s. Lucas verba ista ponit in os Christi, non vero in os discipuli. Mihi ista legenti multoties venit in mentem hypothesis s. Evangelistam eventum in ultimo capite sui Operis Inspirati enarratum ex ore ipsius Cleophae seu Alphaei, quippe qui utroque nomine vocabatur, accepisse. Nulla est ratio dubitandi Dominum Jesum in praefato itinere duobus discipulis satis clare intimasse necessitatem credendi prophetiis et difficultates fidei ex defectibus cordis humani, scilicet, ex tarditate eiusdem cordis deduxisse; quod Cleophae omnino evidens esse apparebat eo tempore, dum ipse suum iter Emmausinum Evan-

gelistae narraret. Tunc omnino naturale fuit ei seipsum stultitiae accusare, ac verbum „stulti" verbis a Christo revera prolatis adiungere. Supposita hac additione non est mirum Evangelistam ex ore Christi integram phrasim cum omnibus verbis, quae a Cleopha Domini Jesu attributa fuere. Sed quaestio oritur, possitne haec hypothesis componi cum inspiratione Evangeliorum? Videtur enim hoc modo asseri errorem irrepsisse in textum sacrum. Error est enim attribuere Christo vel unum verbum, quod ab Eo non fuit prolatum. Sed fortasse non est error eo in loco, ubi primo obtutu esse videtur. Textus enim inspirati sunt veri iuxta intentionem Inspirantis et mentem ab Eo manifestatam. Vix umquam Spiritus Sanctus, qui auctoribus sacris inspirationem tribuebat, manifestavit intentionem suam tam accurate verba referri minutarum circumstantiarum, ut excluderetur naturalis operationis singulorum personarum, quae in eventu descripto partem habuerunt. Immo analysi multorum textuum sacrorum eundem eventum describentium, ex. gr. negationem Petri, potius

insinuat intentionem Inspirantis non dirigi ad exactitudinem in minimis. Sed ex altera parte periculum est grave admittere defectum exactitudinis in minimis, cum desint limites inter „minima" et „non minima". Subiectivismus humanus, qui limites istos libenter assumeret indicandos, sane, plurima et maxima damna veritati adferret. Ipse igitur excludendus est omnino ex recta ratione inspirationis et interpretationis textuum inspiratorum. Magisterium Ecclesiae infallibile solum est aptum has limites in unoquoque singulari casu et omnibus casibus indicare sine errore et sine damno veritatis. Sed Magisterium istud de hac materia sententiam suam nondum manifestavit; ego autem definitiones suas doctrinales praevenire non audeo; ac proinde lego textum Evangelicum prout sonat.

Die 27 aprilis 1943 Domina Dymoza, filia Herbeza, mihi dicebat perversas opiniones spargi in populo Romae et Italiae ita, ut communismus alacres fautores nanciscatur apud plebem. Hanc rem iam antea ab aliis audieram ac proinde credidi non esse vanum rumorem. Immo censui audita a me referre Em.mo Cardinali Marmaggi, si ipse me audire vellet.

<u>Die 28 aprilis 1943</u>. Apud me fuit d-nus Kotkowski; qui conquestus est de eo spiritu diffidentiae erga Sedem Apostolicam, qui inter polonos spargitur, crescit et fortior evadit. Hanc rem etiam non semel audivi ex aliquibus personis, quae videbantur vix quidquam commune habere praeter nationalitatem et linguam. Differentia vero in eo apparebat, quod aliqui id attribuerant machinationibus germanorum, alii vero perfidiae francomuratorum. Non defuerunt qui utramque causam eidem tristi actioni attribuerant. Res, sane, gravissima esse apparet, quamvis nihil sit evidentius quam eximia bonitas Summi Pontificis erga Poloniam. Tristis est condicio hominum infelicium, nam solent fidem adhibere absurdis calumniis, quae ad calamitates eorum augendas inter eos sparguntur non alio fine, nisi ad privandum eos amicis eorum sincerrimis. Multa et magna solent nationes imprudenter committere dum fiduciam negando amicis, eam transferunt in inimicos. Hunc errorem, quae fiduciam male collocat, saepe nationes slavae, russi et poloni, committunt, quia potius affectu, quam

intellectu ducuntur.

Nudiustertius locutus sum cum duabus puellis russis, sororibus, quae matre vidua relicta, non obstante bello in Italiam venerant ante quattuor menses. Una earum 19 altera vero 21 annos habent. Utraque censet communismum bolševisticum esse optimum regimen societatis, hominem vero ex simia ortum habere, Deum vero non existere. Ex colloquio duarum horarum cum ipsis comperi iuventutem Russiae bolševismo esse funditus imbutam et futuros missionarios in Russia debere esse copiose notitiis scientiarum physicarum imbutos, ut colloqui efficaciter cum illis possint.

<u>29 aprilis 1943</u>. ad me venit Vladimirus, filius Vladimiri Jerjer (Юрьев), consul generalis imperii Russici in New-York, et me interroganti dixit nomen ac cognomen generalis-gubernatoris Turkestanensis an. 1903, nempe Duchowskoi. Hanc notitiam inquirebam, nam J.B. Pranaitis in suo diario aliquoties loquitur de generali gubernatore omittendo eius nomen. D-nus Alovaekis, generalis consul Lituaniae, anno 1937 aut 1938 rescripsit [illegible] gubernatorum generalium Turkestaniensium, qui [illegible] in terris versabant ab an 1900 ad 1917.

Die 30 aprilis 1943 an. Quondam notavi scriptis opinionem meam, iuxta quam homo caret organo ad cognoscendum directe Creatorem suum, omnes enim sensus diriguntur ad obiecta corporea. Vis cognoscitiva intellectus magna ex parte subiecta est speciebus, quae suppeditantur actione sensuum. Alio loco notavi Deo semper patere accessum immediatum ad hominem et ad facultates eius cognoscitivas. Nunc autem censeo nec hominem totaliter carere accessu ad Deum cognoscendum, licet careat organo sensitivo huic scopo conveniente. Cum Deus non sit substantia corporea et, ex alia parte, sit Ens Infinitum, manifestum et evidens est materiam corporalem non posse tanto perfici gradu, ut Deum percipiat. Quapropter organon ad cognoscendum Deum non potest esse nisi spirituale. Intellectus noster quidem spiritualis est, sed communiter et ordinarie caret organo ad cognoscendum Deum. Nihilominus revelatio nos docet de visione beatifica, cuius capax est omnis anima baptizata et a peccato libera. Immo quidam homines, teste theologia mystica, percipiebant Deum immediata perceptione etiam vivendo in corpore. De S. Theresia Avilense et de S. Joanne a Cruce adsunt testimonia

eorundem, de veracitate quorum non licet prudenter dubitare. Sed et alii status mystici, incipiendo oratione quietudinis, ac superiores credere et sinunt et iubent aliquibus in casibus perceptionem Dei fieri a hominibus viatoribus. Christus dicebat: „Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt" (Mat. 5, 8) Munditias igitur cordis est conditio ad videndum Deum; sed, fortasse, non solum conditio? Munditias cordis, amor veritatis, prompta voluntas ad exsequendum bonum, etiam cum detrimento proprii commodi videntur esse causae, quae substantiam spiritualem animae nostrae sic afficiunt, ut in ea dicam organon ad Deum immediate percipiendum oriatur et crescat. Tres modo nominatae causae non sunt solae ad id producendum, sed quaecumque alia virtus et actio meritoria quae animum perficit, eidem scopo pro parte sua contribuit. Maxime vero prodesse possunt gratiae sacramentales eorumque effectus. Vita contemplativa videtur esse maxime huic potentiae, qua Deus percipitur, evolvendae et perficiendae favorabilis; vita vero activa minus apta; sed neque ista obstacula creat, quamquam attentionem apud creaturas retinet.

Hominibus igitur vitae activae deditis, qui ad perfectionem Dei accedere volunt, oportet in omni actione et cogitatione res creatas ita tractare, ut semper Deus in mente maneat. Consilium igitur asceticum omnia ad Deum dirigi, a Deo incipere et cum Deo peragere et oratione utile, nam non solum non impedit evolutionem organi spiritualis ad percipiendum Deum, sed evolutionem istam promovet.

Die 1 Maii 1943. Iuxta § 253 Constitutionum Marianorum hodie incipio renovationem spiritus, omnes meas curas et officia tradens Rev.mo Vicario Generali et transiens in cubiculum ab ordinario differentem, in quo praeteritam noctem iam transegi. Intendo hoc exercitium usque ad 30 iunii protrahere in spiritu poenitentiae, in uberiore lectione spirituali et maiore custodia sensuum, praecipue vero linguae. Non quidem intendo silentium strictum observare per duos menses, sed volo me restringere ad necessaria in sermone. Scriptionem biographiae Iustini Bonaventurae Pranaitis non interrumpo, sed pono eam secundo loco; tertio vero loco pono responsa ad

epistolas, quae mihi pervenire solent. Visitationem hominum volo ad minima reducere ita, ut ego neminem adeam, advenientes autem ad me non admittam nisi paucissimos et gravissimis in negotiis. Horum duorum mensium spatio intendo perlegere Constitutiones CC RR Marianorum, quae cum 784 paragraphos habeant, circa §§ 15 quovis die perlegendae sunt; quam rem intendo notare in schedula examinis quotidiani externi. Omnes conditiones ad bene peragendum exercitium istius Renovationis Spiritus nunc adsunt, solo eo excepto, quod a Consilio Generali nullus director spiritus designatus sit. Sed sessio Consilii Generalis hisce proximis diebus habenda est, ideoque rogabo illud, ut mihi designet. Nulla tamen iuridica conformitas Constitutionibus bonum fructum spiritualem afferre potest, nisi gratia divina fortificet rectam intentionem hominis. Itaque me sancto Angelo meo Custodi me imprimis committo, ut eo duce, utiliter hoc exercitium peragam, quod probabiliter iam ultimum est huius generis in vita mea, nam annum 71 aetatis ago et ad annum 76 protrahere non spero. Hoc igitur exercitium est etiam praeparatio mea ad mor-

tum et ad iudicium Deo reddendum. Beatissima Virgo Maria multoties me ex inferno eripuit eo sensu, quod vitam meam servaverit a morte, dum anima mea staret in statu peccati. Eandem Matrem Dei peccatorumque Refugium nunc supplex imploro, ut me adiuvet, quando me ad mortem praeparo. Jesus Christus, salvator mundi, pro me mortuus est atrociter in cruce et iudex meus futurus est. Praeparando igitur me ad iudicium istud hoc imprimis intendo, ut amor meus erga Jesum purus omnino evadat ab omni inquinamento et ab omni respectu in me, sed ut Deum Patrem et Filium Eius Unigenitum Spiritumque Sanctum amem propter Deum et non propter me. Per totam vitam cor meum assuefactum est ad me ipsum intendere et Deo servire propter felicitatem aeternam, peccataque vitare propter supplicia ipsis connexa. Nunc autem desidero ad eum pervenire amorem Dei, qui omnino sui immemor evadat.

<u>Die 2 Maii 1943</u> Dominica in Albis. Maximi momenti est liber Scripturarum Sacrarum, sed tota perfectio scientiae humanae non sufficit ad recte hauriendam ex Bibliis veritatem. Inde a duobus saeculis innumeri

homines, qui nomine rationalistarum gloriabantur, nec carebant ingenii capacitate, et diligentia fuerunt praediti quandoque extraordinaria, tanto clarius impotentiam intelligendi verbum Dei probarunt, quanto maiorem molem apparatus scientifici adhibuerunt. Manus enim Divina, quae hominibus Scripturas Sacras praebuit, etiam Ecclesiam instituit, cuius infallibile magisterium omnino accedere debet, ut nos Scripturarum eos adferat fructus, ad quos germinandos Libri divinitus inspirati conditi sunt. Sed praesente infallibili magisterio Ecclesiae Scripturae Sacrae non fiunt superfluae. Sicut pater et mater requiruntur ad generandum hominem, ita Magisterium Ecclesiae concurrit cum inspiratis Bibliis ad producendam veritatem revelatam. Dolendum sane est doctissimos quosque rationalistas de hac similitudine non cogitasse. Noverunt ipsi duplicis sexus concursum requiri ad propagationem vitae animalis et humanae, sed non adverterunt hanc legem esse latiorem in universitate rerum, quae creata sunt.

Die 3 Maii 1943 Bene et recte agebant Iudaei, praecipue post tempora Esdrae, extollentes infallibilitatem scripturarum. Laudes istae summa auctoritate Messiae Jesu Christi approbatae sunt Mat. 5,18. Hisce laudibus insistens protestantismus saeculi XVI ineuntis censuit superfluum esse magisterium ecclesiasticum et erravit. Ex hoc apparet nos cautos esse debere etiam tunc, quando videmur secura auctoritate duci. Non fuerunt cauti, qui censuerunt se Christum sequi, dum Ecclesiam non audirent, obliti verborum divinorum eiusdem Christi Mat. 18,17. Cauti debent esse etiam ministri eiusdem Ecclesiae, dum de vero sensu verborum Scripturae Sacrae tractant, antequam infallibilitas Ecclesiae eum determinet. Ipsi memores esse debent se esse homines fallibiles, nec fallibilitatis huius oblivisci, alias enim sibi arriperent id, quod nonnisi Ecclesiae competit. Decretum Sacri Officii, quo Gallilaeus-Gallilei damnabatur, nimis praepropere fuit stabilitum; homines enim, qui tenorem decreti istius praeparabant, non fuerunt conscii imperfectionis conceptuum suorum inspirationem Biblicam spectantium. Temeritas semper nocet, pessimum vero genus temeritatis est nomine Ecclesiae proferre sententiam de rebus fidei et morum antequam haec sententia ab ipsa Ecclesia proferatur. Sincerrima et maxima veneratione feror erga S. Congregationem Officii, sed non omnia novi, quae in ea fiunt; nec miror me ignorare cautelas, quae in ea adhibentur ad praecavendam repetitionem casus similis casui supra memorato.

Die 4 maii 1943. Quaedam personae, quamvis nullam scholam theologicam frequentassent, valde difficiles quaestiones fidei et morum recte solvebant, ex. gr. S. Catharina Senensis et aliae non paucae. Ex hoc colligere licet sanctitatem valde utilem esse ad rectum revelationis sensum percipiendum in veritatibus, quae fidem et mores spectant. Ulterior inde sequitur illatio ad bene et secure obeunda munera sublimia eorum qui in S. Congregatione Officii operam praestant, maxime requiri candorem spiritus. S. Thomas

extraordinaria castitatis gratia praeditus est antequam summus theologiae doctor fieret. Censeo id non casu evenisse, sed video nexum, supernaturalem quidem, veruntamen stabilem inter capacitatem dirimendi dubia theologiae et sanctitatem. Cum tamen nemo sanctus declarari possit antequam moreretur, cum autem S. Congregatio Officii hominum adhuc viventium opera indigeat, ideoque videtur attendendum esse ad virtutes officialium huius S. Congregationis et investigandum, habeanturne in gradu sufficiente. S. Joannes Vianney, modestate doctoribus theologiae procerat, et in rebus theologicis s. Catharinae Senensi aliquatenus similis fuit. Inde tamen non sequitur eruditionem theologicam esse superfluam officialibus S. Officii; sed puto praeter eximiam eruditionem theologicam magnum, vivum et vehemens studium perfectionis spiritualis eisdem officialibus esse fovendum, ut ab erroribus nocivis immunes se reddant. Omnis autem perfectionis spiritualis radix et fundamentum est humilitas. Ambitiosi enim homines se ipsos quaerunt

non vero Deum, nec utilitatem Eius. Ambitiosi facile debilitant omnes ramos administrationis ecclesiasticae, sed perniciosissimi sunt in Sacro Officio. Ferventer igitur orandum est, ne Ecclesia eos umquam ad hoc sacrum dicasterium admittat.

Die 1 maii 1943 an. Condicio generis humani propter bellum, quod nunc ardet, in dies fit magis intricata et continuo peior redit, nam maximae potestates maximos quoque conatus adhibent ad destruendum id, quod inimicorum usui esse potest. Plus quam octo milia tribunorum militarium polonorum captivorum iussu eorum, qui Russiae dominantur, inermes occisi sunt, quod facinus tam immane est, ut neque ipsi communistae, qui Deum non timent, confiteri non audeant. Germania, fortasse, nunc velit pacem cum communistis Russiae inire, sed illi tribuni, quorum mors ab auctoritatibus Germaniae revelata est, obstaculum creant. Obstaculum istud prodest polonis sanguique eorum, quibus pax nationalsocialistarum cum communistis maxime obesset. Sic isti tribuni mortui utiliores facti sunt patriae dum essent mortui, quam cum fuerint vivi.

Die 6 maii 1943 a. Vix umquam fuit inimicus religionis christianae maior, atrocior, potentior communistis-maximalistis, qui nunc Russiam gubernant. Italiani omnibus viribus dimicant cum illis et gravia habent motiva ad id faciendum, nam perniciosior est illi communismus cuique nationi, quam religioni christianae. Hanc enim nullus destruere potest, nationes vero a sequacibus bolševismi funditus extirpantur, quod patuit inter populos Turkistanenses an. 1918-1920 et in Lithuania praesertim an. 1940 et 1941. Attonitus mirabar tamen hisce ultimis temporibus, dum legendo varios articulos diversarum universitatum Italiae professoribus scriptos, inveniebam eos esse spiritu communismi russici redactos et ingenua pictura perniciem materiam a communistis Russiae suppeditatam. Loquor de „Enciclopedia Italiana" eiusque scriptoribus. Itaque lectores huius voluminosissimi operis bolševismo imbuuntur, dum milites itali vitam offerunt sanguinemque suum fundunt ad defendendam Italiam de periculo bolševistico.

Inde tamen non sequitur omnia esse vituperanda, quae a communistis Russiae facta aut inducta sunt. E. gr. in territorio Turkestan multae fuerunt gentes subiugatae ob nationis. Musulmani omnes qui diversarum politi sunt, non curabant de nationibus, quas incolebant. Nec multum [illegible] tractabant russos, qui urbibus castrisque [illegible]. Magna diversitate est communistarum [illegible] non subiugarunt eos in Turkestan, qui an. 1917 et 1918 libertatem recuperabant. Sed postquam formata est potestas communistarum in Turkestan, postquam emir Bucharae in Afganistan aufugerat, postquam emir Chivae Moscuae in carcere mortuus est, bolševici Turkestanum in respublicas diviserunt iuxta diversitatem nationum, quae terras illas incolebant. Surrexerunt res publicae: Uzbekistan, Tadzikistan etc. Verumtamen summum principium libertatis nationalis non attulit fructum utilem, quia [illegible] fuit quidem in verbis et scriptis, deficit vero in actionibus gubernii. Difficile igitur est munus historici, non semper [illegible] et [illegible] in [illegible]

peris, tum in laude. Similiter et missionarius, quamvis saepissime teneatur opinionem de nationibus, gubernii et personis pandere, imprimis cavere debet, ne nimia fiducia feratur, neque in contrarium incidat.

Die 7 maii 1943. Hisce aliquot diebus mens mea fuit solito aridior, hodie autem magis quam praecedentibus diebus; quapropter nihil notare oportet.

Die 8 maii 1943. Celeberrimus rerumque naturalium peritissimus professor Oswald, dum esset praeses associationis Monistenbund, vituperabat christianam doctrinam morum, quippe quae homines ad bene agendum induceret minando poenas post mortem et promittendo felicitatem perfectam aeternamque in coelo. Isti professori videbatur egoisticum, ac proinde impurum esse principale motivum moralitatis christianae. Ipse duos commisit errores: quorum primus oblitus est amoris puri, qui in doctrina morum christiani ponitur multo altius et aestimatur plus, quam timor poenae et desiderium felicitatis. Secundus vero error consistebat in eo, quod negata existentia Dei tollatur

quoque motivum amoris, negata vero spe felicitatis aeternae sublatoque timore poenarum, practice maximus numerus hominum spoliaretur quocumque motivo ad diligendam bonam actionem corruptae inclinationi contrariam et ad vitandam actionem malam, quae tamen egoismo faveat. Sic enim theoretica perfectio motivi moralis praeferebatur practicae bonitati morum communium in systemate monistico Oswald'i, dum in systemate christiano practica bonitas morum multitudinis praefertur theoreticis considerationibus, quae tamen non remanent imperfectae, sed nobiles admittuntur consideratione amoris Divini. Haec omnino sufficere videntur ad refellendam doctrinam Oswald'i; alia quaestio ultimi motivi morum in doctrina christiana exhauritur refutatione monismi.

S. Franciscus Salesius, loquendo de spe christiana mentionat „l'amour interessé". Adiectivum istud substantivo illi additum prima oblatio apparet diminuere valorem amoris. Tamen est omnino genuinus amor, quando procedit ex desiderio boni quod

cedere debet in usum amantis; melius vero est genus amoris, quando intenditur nonnisi bonum amati. Facile est citationibus Scripturarum Sacrarum amorem illum, quem appellavi peiorem, non esse malum etiam tunc quando in Deum feratur. Sed quaestio est, oportetne soli meliori generi insistere et non amare Deum, nisi intendendo bonum Ipsius Dei, excluso quocumque respectu suimet ipsius? Augere bonum Dei nemo potest, quia Deus est infinitus et nihil Ei accedere potest quacumque ex parte quocumque respectu. Si igitur quis sibi proponeret actis amoris divini afferre Deo aliquid boni, non intenderet nisi fini impossibili, ac proinde duceretur in agendo regula falsa. Exinde videtur sequi quamcumque creaturam, eo quod limitata sit et imperfecta, nonnisi limitato et imperfecto amore in Deum ferri posse. Sed huic conclusioni obstat factum non paucos fuisse homines, eximios quidem et non communes, qui amore Dei ducebantur ad amplectendos atrocissimos dolores, opprobria caeteraque omnia, quae quemcumque respectum ad propriam personam excluderent. Hanc viam ipse Christus Dominus

indicavit Mat. 10, 38. Tormenta quidem hominum non reddunt Deum perfectiorem; sed desiderium hominis subeundi tormenta ad semetipsum similem Christo reddendum iam iam non procedit ex motivo, quod inhaereat eidem homini, sed, e contra, oritur ex motivo, quod ex Persona Divina Christi Jesu emanat; ac proinde hic amor iam perfectus est tantum, quantum natura humana capax est perfectionis. Nullum habetur testimonium positivum, ex quo appareat Beatissimam Virginem Mariam sollicite quaesivisse tormenta ad subeundum, ut Filio Suo similis redderetur; nihilominus amor Dei in corde suo materno fuit perfectior amore sanctorum, qui tormenta quaererent ad sese cum Christo conformandum. Passa quidem est ipsa sub cruce Filii Divini, sed amor Mariae iam perfectus fuit ante passionem Christi, immo ante prophetiam Simeonis de gladio pertransituro animam Matris (Luc. 2, 35). Nulla mater amat prolem suam propter se, sed propter prolem. Ita et amor Mariae erga Jesum Christum caruit qualicumque umbra egoistica, ac proinde fuit perfectissimus. Fuitne ista gratia exclusiva Mariae sicut gratia maternitatis divinae, an concessi

possit etiam aliis hominibus, iam non est meum investigare. Id tamen certum est me posse et debere frequentissime actus amoris Divini elicere et ex unoquoque actu quemcumque respectum egoisticum excludere, aut saltem conatum sincerum adhibere ad eum excludendum.

Die 9 maii 1943 Problema amoris non egoistici erga Deum iam dudum est solutum, et quidem a multo tempore. Sufficit enim non intendere nec respicere bonum emolumentumve proprium, ut amor non sit inquinatus egoismo et non est necesse emolumenta augere ei qui amatur. Dum enim admiramur pulchritudinem stellarum, nihil eis addicimus, sed ipsa admiratio non caret affectu amoris. Plurima sunt et alia obiecta amoris, quae amore nostro non ditantur. Non enim fit perfectior statua vel imago, aut opus musicale, quorum pulchritudine cor nostrum rapitur. Ad producendum igitur purum amorem sufficit eiusdem obiecti bonitate rapi. Sed Deus omnia entia infinite superat perfectione Sua et ideo capax est provocare purum amorem,

sed requiritur rectum cor, quod huiusmodi amoris sit capax. Itaque problema puri amoris Dei exit in problema recti cordis. Gradus et perfectio amoris erga Deum est indicium gradus et perfectionis cordis. Natura sua cor humanum eo ~~magis~~ maiore affectu amoris rapitur in obiectum, quo ~~per~~ maior est perfectio obiecti. Sed perfectio Dei est infinita, itaque cor totaliter rectum amet Deum omnibus viribus suis, quod et Christus docuit Mrc. 12,30. Nulla est ratio dubitandi visam fuisse a s. Ludovico IX mulierem, quae una manu portabat intortitium ad comburendum paradisum altera vero vas aquae ad extinguendum infernum, ut Deus amaretur propter Se Ipsum non vero propter delicias paradisi neque propter timorem poenarum. Si in hac narratione deesset veritas historica, remaneret nihilominus veritas psychologica et theologica viro modo gallorum saeculi XIII prolata. Itaque et ego non debeo intendere vires ad solvenda problemata amoris Divini, sed potius studere amorem Dei in corde meo augere et purificare. Haec fuit optima pars quam Maria, soror Marthae elegerat.

Timor enim Dei est initium sapientiae, amor vero Dei est perfecta sapientia, quae valet plus quam multa volumina doctissimorum et ingeniosissimorum operum; neque comparatio inter duo ista institui debet.

Verus et purus amor est quando is qui amat ea facit, quae amato placent. Certo certius placent Deo actus conformes legi divinae et consiliis Christi. Itaque fidelitas in observandis praeceptis et consiliis est optimus modus exercendi purum genuinumque amorem Dei. Christus praeterea indicavit gradum altiorem, cum dixit: „Si vis perfectus esse, vende quae habes et da pauperibus, et habebis thesaurum in coelo, et veni sequere me" (Mt. 19,21). Nisus ad perfectionem quando solius Dei respectu exercetur, placet Deo adhuc magis, quam sola observatio mandatorum, et ideoque est sublimius exercitium puri amoris erga Deum.

<u>Die 10 Maii 1943</u>. Episcopus titularis, cum reapse dioecesi careat, ad sublime nomen pas-

toris verum ius non habet. Sed ego superior generalis Congregationis CC RR Marianorum cum sim, munus pastorale erga eam exercere teneor. Evangelium Dominicae II-ae post Pascham, quae hoc anno die 9 maii celebratur, loquitur de Bono Pastore ac proinde directe me respicit. Tria bonus pastor solet ovibus suis praestare: ducatum, pascuam et defensionem. Hoc triplici respectu oportet me investigare et examinare relationem meam ad Familiam Religiosam cui praesum. Iniquitas humana reduxerat eam ad limen interitus ita, ut solus senex Pater Vincentius Senkus an. 1909 remansisset. Tunc ego audivi Georgium Matulewicz, qui me invitaverat ad salvandum Institutum Marianorum. Nunc igitur conscientia mihi testimonium reddit recte me egisse; sed meritum huius actionis non est exagerandum. Potius necesse est respicere praesentia et futura proxima, in quibus multa et magna pericula prodeunt. Anno 1940 quando communismus atheus duas integras provincias Lituaniae ac Let-

mae integras provincias vero Poloniae ex magna parte invasit, ego nonnisi impotentem me esse vidi ad calamitatem avertendam. Sed Providentia Dei expulit athaeos armis germanorum. Tamen administratio Congregationis gemit sub immani pondere bellico etiam nunc. Hac quoque vice prodit impotentia mea, nec scio quanto tempore duratura sit. Nunc video periculum, conscius sum officii mei et paratus sum attentissime considerare media ad meliorem reddendam condicionem Congregationis et ad adhibenda media ista. Non solum praesens malum, sed et futurum quod bello finito praevidetur, attente mihi consideranda sunt.

Pastoris est non solum defendere, sed et posterum providere. Pascuntur iuvenes Mariani scientia qui ad sacerdotium praeparantur. Ex hac re tum S. Congregatio Seminariorum tum S. Congr. Religiosorum sollicitae sunt et utilem directionem

praebent. Nos Mariani tria habemus seminaria, quorum nullum est perfectum. Adhuc difficilior est conditio Marianorum Lithuaniae, de quibus nulla prodit notitia et deest quicumque modus sciendi de iis quidquam.

Satis neglecta usquemodo fuit educatio fratrum laicorum in Congregatione nostra. Ex hoc re multoties gemebam, sed gemitibus mala non tolluntur. Itaque statuo me omnes adhibiturum esse conatus ut educatio fratrum laicorum melior reddatur. Nunc video opus esse assiduo et longo labore ad necessitatem huius educationis bene explicandam et emendandam collaboratoribus cooperatoribusque meis.

Tertium munus pastoris ducatum praestare ovibus hodie mihi clarius apparet quam antea. Sicut inter pastorem et mercenarium magna intercedit differentia, ita etiam superior religiosus valde differt a homine, qui omissis totis studium perfectionis negligit. Meum igitur munus in eo consistit, ut omnibus Marianis praesim et exemplum vitae religiosae in studio perfectionis intentissime connitar

Eo fine instituebam colloquia cum fratribus laicis domus nostrae Romanae, cum clericis et cum iunioribus sacerdotibus. Nunc autem video necessitatem instituendi colloquia de eadem re etiam cum Consiliariis Generalibus. Ipsi quidem perfectionem quisque curat per se ipsum, sed hoc non sufficit, sed opportet, ut tam seniores, tam iuniores sacerdotes ac fratres laici necnon clerici se accingant ad inducendos omnes Marianos ad perfectionem quaerendam. Non enim vigebit spiritus perfectionis studendae in universa Congregatione, nisi omnes huic rei semper adlaborent.

<u>Die 11 maii 1943 an.</u> Deus, cum sit absolutus ac proinde plenitudo entis, non potuit creare quidquam ad acquirendum quidquam. Creatura nihil potest Creatori addere, ne quidem gloriam Eius augere. Amor est ratio cur Deus factus est Creator et nonnisi amore creatura potest Creatori respondere. Non omnis, sed solummodo rationalis creatura capax est amoris, ac proinde ab ea sola Deus expectat amorem. Amor, quo creatura fertur in Crea-

torem nihil addit Conditori, sed ipsa fit perfectior. Immo perfectio creaturae in amore Dei consistit. Sed plurimae sunt causae, quae creaturas, praecipue vero hominem, qualis nunc est, ab amando Deo retrahunt et retinent, cum a perfectione longe abesse cogunt. Sed homo, qui impedimenta et obstacula amoris erga Deum vincit, aut saltem vincere et repellere studet, iam puro et sincero amore erga Deum fertur, modo id faciat non propter commoda personae suae, sed ut redeat in conditionem, ad quam destinabatur dum creatus est. Sic et ego, conscius quidem sum imperfectionis et multorum, magnorumque defectuum amoris mei erga Deum, praecipue vero affligor continuo et ubique emergente amore proprio, sed sincere desidero ~~abesse~~ me liberum ab eo fieri ceterasque causas, quae amorem meum erga Deum corrumpunt, repellere. Et sic me Deus adiuvet!

<u>Die 12 maii 1943.</u> Heri opportuit me adire cardinalem Marmaggi hora 6½ post meridiem et voluit in domo sua apparere neque tardius neque maturius illa hora.

multoties inspiciebam horologium. Cum pervenissem ad portam S. Pancratii, ad quam ipse habitat, comperi me venisse notabiliter ante tempus praestabilitum, quapropter ambulavi in colle Janiculo, deinde vero quinque minutis ante tempus mihi indicatum, ut cogitabam, ingressus sum in domum Eminentissimi Domini. Sed cum exii post colloquium absolutum, miratus sum in horologio meo videre horam 6½. Censui horologium stetisse, sed apparuit id esse in bono statu, eandem horam indicabant et caetera horologia. Investigavi casum et inveni me ad Cardinalem venisse non hora 6½ sed hora 6. Apparuit igitur mirabile vitium mentis meae, quod respicit horologium oculis et legit in eo non horam in eo indicatam, sed horam de qua cor praeoccupatum est. Card. Marmaggi non vituperavit me de mea libertate, quae non accommodata (erat) se eius voluntati, sed ego doleo non percipiendo vitium istud, quod tales errores producit. Hic casus, eheu, non fuit primus. Verum quidem est me non omni anno huiusmodi errores pati; sed ~~sufficit ad~~ ipsa possibilitas talium casuum sufficit ad tollendam omnem fiduciam meam in valorem mearum facultatum percipiendi casus simplicissimos. Quot huiusmodi errores inveniuntur in operibus, quae scripsi? Qualis est valor horum operum? Iudicium igitur in eos non est nisi novus error et quidem peior eis, qui nullum reddunt valorem horum operum nonnunquam magno conatu et longo tempore praeparatorum. Gratias ago Deo, qui casu hesterno aperuit oculos meos ut defectum mentis viderem; sed doleo me advertisse id nonnisi 71-o anno vitae meae. Casus huiusmodi errorum fuerunt etiam in iuvenili mea aetate; sed casus istos ego aspiciebam, sicut horologium, et non videbam id quod indicabatur eis. Deus igitur iam tunc dabat mihi occasionem ad cognoscendum defectum meum, sed ego non cognoscebam. Bene melius est tarde cognoscere veritatem de me ipso, quam nunquam. Nunc autem certum

me esse oportet, ut tandem perceptam veritatem in mente retineam et non obliviscar eam. Confido in bonitate Divina, quae me saltem nunc ab hac perniciosa oblivione liberabit.

<u>Die 13 maii 1943</u> Heri, mediante S. Congregatione Orientali, accepi telegramma Antonii Paldžius, moderatoris ephemeridum „Darbininkas", qui petiit permissionem denuo edendi librum meum de apparitionibus B.M. Virginis in oppido Lourdes. Haec petitio non fuit nisi actus humanitatis, nam anteriores editiones huius libri non fuerunt praesentatae in Copyright Office Washingtonii D.C., ac proinde quivis in Statibus Americae Septentrionalis Foederatis potest reimprimere. Ex altera vero parte nulla adest spes reimprimendi hoc opus in Europa, quia Mariani iam carent typographia et tota Lituania caret charta ad [illegible] libros catholicos. „Draugas" vero in America non cogitavit de hoc libro denuo edendo. Igitur propositio a „Darbininkas" facta mihi placuit. Sed memini § 224 Constitutionum nostrarum, ac proinde

antequam responderem locutus sum cum singulis Consiliariis Generalibus ac hodie usus eadem via telegraphica respondi positive eo modo, ut permissio detur non d-no Antonio Paldžius, sed „Darbininkas". Responsum enim ab eo iam sit antecedens solutum; mihi autem non remanebat nisi 7 liras et 20 centesimas solvere. Hodie etiam epistolam expedivi, in qua asserebam me velle hanc III editionem Beatissimo Patri Pio XII dedicare, si consentiat et intendo consensum hoc sollicitare, praestando duo exemplaria secundae editionis, ut Secretaria Status, aut Magister S. Palatii Ap. videre possit textum, qui dedicandus est.

<u>Die 14 maii 1943</u>. Ante paucos dies notavi muneris mei ergo Congregationem M.I.C., esse ducatum praestare, pascere, defendere. Periculum in oblivione mea consistit. Bona quidem est res salutaria proposita concipere, sed ea nihil prosunt, si obliviscantur. Oportet tamen ea non solum memoria tenere, sed et in proxim deducere. Censeo igitur imprimis nec. p-

sum sollicite tendere debeo ad perfectionem spiritualem, ut studio eiusdem perfectionis imbuere possim omnes, aut saltem plurimos Marianos. Sed studium perfectionis cum amore connectitur. Amor Dei est motivum genuinum et efficacissimum huius studii. Sed amor Dei nutritur amore proximi. Christus Dominus amorem mutuum docuit esse notam, quae manifestet veros suos discipulos. Itaque ego omnes conatus adhibere debeo, ut mu- ~~tuus~~ amor mutuus inter Marianos vigeat, sicut viguit Hierosolymis statim post Ascensionem Christi in caelum. Non erit in me amor sufficienter bonus ergo confratres meos Marianos, si ego eos non tendere ad perfectionem videbo. Sed, si ego admittam eos omnes ardenter perfectioni studere, tunc nulla adhibebo media ad studium istud augendum. Captiosa igitur est res. Ego de internis iudicare non possum, nisi me ipsum. Actiones vero ceterorum sic considerare debeo ut ipsae apparent ad extra. Quando agitur de Marianis provectae aetatis, qui iam immutari vix pos-

sunt, ~~quando~~ et in modo agendi eorum non apparet studium perfectionis, tunc censere debeo apparentiam eorum non quadrare cum statu animi eorum interno. ~~et~~ Sic erit exercitium caritatis. Quando agitur de iunioribus, qui corrigi possunt, et studium perfectionis non apparet, tunc curare debeo, ut certitudinem de existentia eiusdem studii acquiram. Eodem modo agendum mihi est etiam in eis casibus, quando occurrunt violationes, quae poenas merentur, quas ego applicare teneor. Non iudicans de merito interno eorum quos punio in foro externo, item servo amorem. Immo ipsa punitio potest esse exercitium amoris, sicut incisio chirurgica aegroto non fit, nisi ad sanandum eum. Bonum enim totius Congregationis et amor erga eam requirit poenas contra eos, qui disciplinam enervant.

Die 15 maii 1943. Jesus Christus docuit apostolos se esse vitem eos autem palmites, qui non possunt ferre fructum nisi maneant in Vite. Vitis inter arbores eam praecipit qualitatem, quod ea quae radicibus

ex humo surrexit, fere omnia nisi palmitibus tradit ita ut ipse truncum suum omnino negligat. Palmites vero hac generositate vitis nutriuntur et crescunt, producunt larga folia, quibus exterius ad temperiem radiorum solis necnon utilia elementa aeris explorata non alio fine, nisi ad uvas producendas. Sic et Filius Dei, factus homo, nihil praeter absolute necessaria sibi retinebat; sed omnia in usum discipulorum suorum cedebat. Propterea Ipse caruit loco ad caput reclinandum. Inde orta est sua paupertas et caetera, quae materiam virtutum monasticarum constituunt. Similiter et ego imitari debeo Salvatorem meum, ut Ipsi conformer. Dignitates, gloria, commoda, consolationes et alia huiusmodi sunt nonnisi ad truncum corporis mei ferendum, sed quo magis ego nitor, eo minores et pauciores et peiores feram fructus. Unde, quos ego producere debeo, sunt bonae qualitates, virtutes, merita Marianorum. Exstirpatio vitiorum personalium et communium, est etiam uva spiritualis.

Die 16 maii 1979. Pessimae notitiae pervenerunt his diebus ex America de moribus quorundam sacerdotum Marianorum. Tristissimi eventus isti nihil aliud sunt nisi fructus erronearum methodorum paedagogicarum, quae ibi applicabantur ad erudiendam iuventutem. Sed non desunt et in aliis provinciis ea quae ploratum provocare deberent. Necessitas reformationis in tota renovata Congregatione nostra omnino clare patet. Munus meum me impellit ad reformationem istam faciendam; sed nemo ad reformandos alios accedere potest nisi ipse prius reformetur. Hodie igitur cogitavi de hac duplici reformatione, quae mihi incumbit. Jam scio oboedientiam esse restaurandam et perficiendam atque usum eius frequentiorem reddendum. Sed mea loquacitas multum impedit exercitium oboedientiae apud subditos meos, nam contra omne argumentum superioris aliud argumentum proferre potest subditus et licitum sibi esse censet sua argumenta proferre non suis rationibus. Dum autem praeceptum sine argumentatione proponitur, necessitas oboedientiae emergit et deest occasio argumentationibus. Itaque nunc statuo ni-

-ti considerandum esse modum, quo loquacitas mea diminuatur et praeceptorum pondus augeatur. Res ista insigni prudentia indiget, ne in aliquam exaggerationem aut excessum cadat et in praxim deduci nequeat. Optima nunc ad reformationem istam considerandam adest occasio hoc, nempe, exercitium renovationis spiritus, quod nunc a me peragitur. Beatissimam Virginem Mariam rogo, ut me isto in negotio adiuvet patrocinio suo et Sanctum Angelum Custodem meum adprecor, ut mihi assistat et adiuvet.

Die 17 maii 1943 an. Haec dies abundavit monitis mortis, nam praeterita nocte facta est aerea incursio inimicorum in Romam. Inde ab hora 11 1/2 ad horam circiter 12 cum dimidio resonabant ictus tormentorum bellicorum prope domum nostram. Nos fere omnes mansimus adunati in cubiculo subterraneo. Gratia Dei protegente omnino nullum malum accidit nobis. Porro casu fortuito factum est meditationem meam fieri de verbis Christi: „Estote parati, quia qua hora non putatis Filius Hominis veniet.“ Materia ista sine ulla intentione mea mihi hodie venit ad meditandum, quia in manuali meditationum, quo utor, ipsa posita est feria II post Dominicam III post Pascha. Manuale autem istud scriptum est, nisi fallor, saeculo XVIII ab auctore, qui nomen suum in opere suo non posuit. Soleo hoc tempore singulis diebus singula capita ex libro „De imitatione Christi“ legere. Hodie igitur ex ordine venit mihi legendum caput XXIII primi libri, quod inscribitur et tractat „De meditatione mortis.“ Vix umquam tot monita mortis paucorum horarum spatio concurrerunt, ideoque oportet ea tribuere Providentiae Divinae. Jam vesperascit et inclinata est dies et nullum periculum apparet, non ideo potest credi admonitis inutilibus fuisse. Generatim mihi saepius et diligentius est cogitandum de morte. Ipsa enim aetas septuagesimi primi anni ad finem vergentis iam sufficiens monitum est, quae inducat ad praeparandum exitum meum ex hoc mundo.

Die 18 maii 1943. S. Petrus Coelestinus propter eximiam ab omnibus agnitam pietatem electus est summus pontifex, ut Ecclesiae provideret turbulentissimis tem-

partem, sed mentem probavit potestatis non sufficere ad regendam Ecclesiam, nisi magnis virtutibus accedat eximia prudentia. Probabiliter haec sententia fuit in administrando Corpore Christi mystico praevalere aequalitatem potius quam pietatem. Itaque post Coelestinum Quintum pontificum sancti Pontifices Romani ex numero septuagenario unus sanctus, duo [illegible] et [illegible] [illegible]; dum antea in centum 192 fuerint 82 sancti et 5 beati. [192:87 = 2.20; 70:4 = 17.5]. Fortasse speraba[n]tur diminutione potestatis et augmento [illegible] Ecclesiam reddere fortiorem. Historia tamen manifestat potestatem Ecclesiae inde a Bonifacio VIII continuo minorem habuisse influxum in ordinandis rebus culturae [illegible] Europae [illegible] regionem, ubi opiniones Europaeae praevaluerant. Inde videtur aequi conclusio: non esse praeponderandam potestatem in gubernatione Ecclesiae et in iis qui ad eam gubernandam admittuntur, non solum in cathedra Petri, sed etiam [illegible] [illegible] et in inferioribus officiis [illegible] [illegible]

mis parva pars pietatis in gubernanda Ecclesia nocet Sponsae Christi, sicut nocent defectus prudentiae in administratione Ecclesiae [illegible]. Fortasse ad discendam hanc veritatem Providentia Divina permisit errores sancto homini committi, ut posteris utramque virtutem magni facerent: prudentiam scilicet et pietatem.

Die 19 maii 1948 de ratione qua potiantur [illegible] bona temporalia semper in memoria mea manet tristis eventus qui fuit certe post an. 1902 et ante 1910. Tunc orphanotrophium femineum, quod personae religiosae ex Familia Mariae Petropoli regebant, appropinquantibus rigoribus autumni redibant ex praedio suo Nicolajevka ad ripam orientalem fluminis Neva posita in urbem Petropolim. Cum ego tunc fuissem apud capellanum instituti, moderatrix orphanotrophii rogavit me orare pro felici reditu. Ego autem bona anima respondi non esse ordinis temporalis ac proinde non mereri orationem. Valde probabile est tum moderatricem et alias religiosas nimis honorasse opinionem meam, qui tunc fui professor theologiae in Caesarea Academia Ecclesiast[illegible]

ea Petropolitana, et orationem consuetam itinerarii omisisse. Reditus fiebat in navi valde magna, quae vocabatur russice „Sapsea", quam alia minor navis trahebat vi vaporis. Navis maior fuit coperta, sed caruit capitibus, quae cursus impediunt. In eadem navi fuerunt etiam vaccas, quas funibus allégatas sorores conversae tenebant. In itinere in medio flumine una vacca agitari coepit retrocedendo. Soror eam studuit fortissime retinere, sed cecidit in aquam vacca et soror, quae eam tenuerat et sic ambeduae in aquis perierunt. Ex tunc ego iam numquam dissuadeo orationem quae fiat ad obtinendam benedictionem divinam in honestis negotiis temporalibus. Non enim frustra Christus Dominus docuit nos esse orandum: „Panem nostrum quotidianum da nobis hodie."

20 die maii 1943 a. Die 18 huius mensis in libro isto exprimebam desiderium, ut Ecclesiae summa gubernatio magna sanctitate imbueretur, sed tunc non cogitavi de periculo differentiae, quod oriri potest inter gubernantes et gubernatos. Quo maior differentia mentis et spiritus conditur inter

subditos et praepositos eo maior est periculum societatis. Optima quaeque et saluberrima media fiunt nociva, si praematurae applicantur. Potestas quidem fert leges, subditi vero eas adimplent et non possunt bene adimplere, quando non sufficienter intelligunt. In administratione civili vis et metus apta sunt ad provocandam aliquam efficatiam legum, quae non intelliguntur et non probantur; administratio vero Ecclesiae non est huius generis. Usus vis et metus ex ea omnino excluditur, sed totum in intellectus et voluntatis assensu stenitur. Quando igitur sermo fit de augenda pietate in summa gubernatione Ecclesiae, omnino necesse est respicere statum pietatis in clero generatim et in populo, ac huic statui adaptare gradum pietatis eorum, qui summa obeunt officia. Tamen adaptatio ista non debet obstaculum struere progressui. Ad progressum autem faciendum omnino requiritur maior gradus in iis qui praesunt. Itaque imprimis est adlaborandum, ut pietas crescat et propagetur in universo fideli populo; deinde notabiliter maior

gradus requiritur in clero. Hoc quidem fecit Ecclesia in Occidente elevando clerum suum usque ad observandam castitatem. Aliter autem fecit christianitas orientalis, quae ex clero suo nihil amplius postulavit supra id quod exigebatur ~~ac~~ a populo. Facile igitur explicatur, cur progressus ibi quasi cessaverit. His consideratis censeo advenisse tempus, quo iam oporteret sublimiora ~~ea~~ requirere ex iis qui administrationibus dioecesanis praesunt, et adhuc altiorem gradum ex iis qui in dicasteriis Apostolicae Sedis operantur. Tamen nondum advenisse tempus videtur, quando dicasteria ista ad ~~vota~~ tria vota monastica adstringi possent. ~~Administratio~~ * Summa administrationis Ecclesiae, si nonnisi a monachis vel cuiuscumque nominis religiosis exequeretur, scissionem inter praepositos et subditos ~~p~~ efficeret ac proinde calamitatem conderet, non propter errores praepositorum, sed propter defectum coordinationis mentalis inter utrumque ordinem, scilicet inter praepositos et subditos. Providentia Divina,

probabiliter ideo haereses et schismata permisit, ne nimis magna ~~differentia~~ altitudo mentis et spiritus in ~~relative circumscripta parte mundi~~ aliquo loco attingeretur, dum reliquae terrae nimis profundis tenebris involverentur tum fidei tum morum. Opus igitur missionum ad convertendas gentes ignorantes et incultas omnino requiritur, ut Ecclesia possit genus humanum ad altiorem gradum culturae christianae elevare.

Die 21 maii 1949a. Hodie sacerdos Ceslaus Sypovič, albarussus, M.I.C., rediens ex P. Instituto Orientali dixit mihi mortuam et sepultam esse principissam virginem Mariam, filiam Michaëlis Wolkonsky, quondam socii Ministri Instructionis Publicae in Russia, et uxoris Elisabethae, quae duos libros lingua russico scripserat, nempe: „О Церкви" et „Объединение Церквей и русская православная богословская литература". Haec Maria Wolkonsky fuit soror germana sacerdotis Alexandri Wolkonsky, qui ante aliquot annos item Romae mortuus est anno, nisi fallor, 1935. Sicut sacerdos Alexander, ita et soror eius Maria, fuerunt sincerrime et ardenter addicti reli-

giosi catholicae ac fidelissime amabant patriam suam Russiam. Propter duplicem amorem istum valde desiderabant unionem Russiae cum Ecclesia Catholica. Alexander eo fine scripsit valde bonum librum „Священное Предание Востока и Католичество". Soror autem eius exaravit minora opuscula praesertim ascetica, inter quas: „Кратких разъяснений о Божественных истинах Христианства", editum Parisiis anno 1932. Ultimos annos vitae suae haec nobilis prosapiae et virtutibus virgo transegit in Ospedale di S. Giuseppe, Romae, via Bernardino Telesio N 4 et tempore mortis plusminusve octaginta annos habuit. Hospitium istud interrogatum de die mortis Mariae Wolkonsky respondit: „altro mattina", ex quo conicio id accidisse die 19 maii ante meridiem. Hodie ipsa sepulta est. Principes Wolkonsky quondam ditissimi fuerunt, sed iam perversio anni 1917 eos omnibus bonis spoliavit. In domo S. Joseph Romae Maria habuit separatum cubiculum, honestam sustentationem et sollicite curabatur a monialibus; sumptus autem Sedes Apostolica solvebat. Requiescat in pace!

22 maii 1949. Rev. Pater Renatus de Maumigny, S.J., in suo tractatu de oratione ordinaria, in versione italiana s.t. „Pratica dell'orazione mentale", Torino 1933, pag. 104 de tempore consacrando meditationi scribit: „Per chi vuol ricavare un profitto serio dall'orazione, non basta una mezz'ora al giorno, bisogna darvi almeno un'ora. È la regola adottata da quasi tutte le comunità religiose. Anzi ve ne sono alcune, che aggiungono, la sera, una mezz'ora; altre una seconda ora". Constitutiones vero CC RR Marianorum § 242 dicunt: „Meditationi per dimidiam horam vacent, quantum fieri potest mane". Itaque Congregatio nostra non sequitur usum in omnibus prope communitatibus religiosis adoptatum. Res valde gravis est et praecipue ab eis consideranda, quorum officium est curare bonum Congregationis istius. Cum ego superior eius generalis sim, ideo ante caeteros teneor examinare quaestionem de duratione orationis mentalis quotidianae.

Verba Patris de Maumigny, quae citavi, ab eo prolata sunt quando ipse tractabat meditationem, sed non dicunt praecise de meditatione, mentionando generatim „orazione". Si igitur sermo est de omni genere orationis, Congregatio nostra sodales suos inducit quotidie ad orandum spatio fere duarum horarum, cum imponat orationes matutinas, vespertinas, examen conscientiae, partem Ro-

sarii, visitationes Sanctissimi etc., praesertim celebrationem Missae aut auditionem eius. Supposita igitur absolutione variarum istarum formarum orationis examinanda mihi praesentatur quaestio, sufficiatne media hora orationis mentalis seu ~~orationis~~ meditationis? Ex una parte videtur esse respondendum affirmative propter duas rationes, nempe, 1° in omnibus seminariis caeterisque institutis educationis religiosae non solet fieri nisi una meditatio quotidie et quidem mediae horae. 2° Meditationis finis est, ut ipsa sufficienter elevet mentem et spiritum hominis ad omnia recte debito modo facienda in decursu unius diei. Huic scopo sufficere debet p bene peractus labor mentalis unius mediae horae, praesertim cum aliquoties in die occurrant variae aliae formae orationis, quae in eundem finem dirigunt affectus et actus nostros. 3° Cavendum est ne nimis protracta meditatio in vacuam temporis perditionem vertatur. Sed ex altera parte in oppositam sententiam trahunt considerationes sequentes: 1° Enormis numerus defectionum a vocatione religiosa contristat Congregationem nostram. 2° Etiam eorum, qui

persistunt spiritualis altitudo est parum elevata. 3 Ardor spiritualis primo post renovationem tempore, i.e. an. 1909-1914 vehementior fuit, deinde vero diminuebatur, immo diminutionis unda currens suffocavit quosdam, qui antea sincero amore perfectionis ardebant.

Non est res facilis reformare Constitutiones ab Apostolica Sede approbatas, sed etiam posthabita hac difficultate, magis consideranda est quaestio in se ipsa: si possent omnes, aut saltem multi eorum tolli ipsa prolongatione orationis, oporteret id facere. Nimis igitur accingo me orationi, ut Spiritus Sanctus mihi lucem videre faciat.

Die 23 maii 1943. Oportet applicare omnes vires ad excitandum roborandum perficiendum spiritum perfectionis religiosae in singulis provinciis Marianorum. In Provincia Lituana adsunt aliqui sacerdotes nondum senes, qui apti sunt et volunt huic negotio accingere se, nec exspectant, nisi ut invitentur a superioribus suis. Hi sunt: Joannes Sakavičius, Clemens Katergius, Norbertus Sturkis. Non carent bona Voluntate Joseph Vaišnora et Joseph Grigaitis ac Stanislaus Mažeika. Eis addendus est Victor Sant-

lyp. Ex iunioribus optimo spiritu imbuti sunt Franciscus Račiūnas et Vincentius Inkratas. Probabiliter ad opera perfectionis faciliter dirigi possunt Franciscus Brazys et Victor Rimšelis. Quamvis nimia timiditate Liesis laborat, nihilominus plenus est spiritu pietatis ac sacrificii. Itaque ex his duodecim animis sacerdotalibus potest optimus invenire candi, qui Congregationem ad perfectiora ducat.

Multo difficilior res est Provinciae Americanae, nam iuniores sacerdotes genuino spiritu pietatis et et amore perfectionis pauci imbuuntur. Sed et illi adsunt Joannes Jančius, Josephus Paulinkonis, Josephus Dambrauskas, Petrus Baranskas, Jodka Michael, Malinauskas Petrus. Itaque et ibi status non est desperatus. Necesse est accuratius investigare spiritum eorum ad melius cognoscendas intentiones eorum et desideria subliminiora. Ipsis addendus est Jagminas Albinus, et, probabiliter, alii aliqui.

Opportet igitur 1° ordinare opera et activitatem eorum 2° deinde vero non admittere vocationes novas, nisi serio probentur. Idem perficiendum est in utraque provincia

Die 24 maii 1943. Item in Provincia Polona sunt homines qui sincero studio feruntur ad perfectionem acquirendam. Rev-mus Vicarius Generalis Ladislaus Mroczek iam extra Provinciam vivit, sed eam clementissime amat. Praetereundo senes, qui iam parum agere possunt, mens vertenda est ad Ladislaum Lysik et Alexandrum Baltuć, quos ego personaliter novi. Ex iunioribus, quos minus novi, censentur optimo spiritu imbuti esse Seferyński Joannes et Okoń Casimirus. Dolendum valde est valetudinem Joannis Sobczyk esse periculis maximis obnoxiam. Larandowicz tempore belli occultari tenetur, post bellum vero non poterit ab Actione Catholica ad negotia Congregationis nostrae exclusive curanda transire. Adsunt in Provincia Polona quaedam circumstantiae, quae magis favent renovationem spiritus monastici, sed non desunt et quaedam obstacula huic provinciae propria. Verum tamen conditio eius non est desperata; imo firma spe succensus, fortasse, etiam ante alias provincias nutriri potest.

In unaquaque provincia, ad renovationem peragendam imprimis requiritur 1° unus homo, qui opus renovationis dirigat. Deinde 2° ipsi adstare debet sincerrimus amicus eodem spiritu imbutus magister novitiorum. Porro 3° necessarii sunt saltem aliqui collaboratores et adiutores. Optimum esset negotium, si Superior Provincialis una cum in-

tegro suo consilio eodem spiritu imbuti essent. 4° Omne negotium renovationis spiritus in Provincia debet esse obiectum sollicitudinis et actionis, non vero colloquii. Ei qui praesumuntur futuri esse exsecutores renovationis spiritualis, antequam quidquam incipiant, 5° debent perfecte spiritu oboedientiae imbui. Itaque a claustro hoc spiritu incipiendum est. 6° Homo qui dirigit opus renovationis spiritualis in provincia debet esse: a) vir fortiter activus, b) profunde pius, c) prudens, d) non loquax. Omni modo curandum est, ut ipse superior provincialis fiat.

Die 25 maii 1943. Erroneum esset considerare opus renovationis spiritus Congregationis nostrae, de qua quasdam observationes notavi ultimis hisce diebus, esse negotium transiens. Sane, aliquid temporanei est in eo, nempe ipsa necessitas inchoandi renovationem sine mora, necessitas, scilicet, praecludendi mala quae apparuerunt. Sed media ad praecludenda mala ista non debent disparere post cessationem malorum. Non enim fuit alia causa malorum, quos plangimus, nisi neglectus mediorum ad ad

diminuenda. Sicut duplex est necessitas (temporanea et perpetua), ita etiam media ad perficiendam renovationem spiritus Congregationis debent duplicem induere characterem. Itaque quaedam extraordinaria et temporanea sunt adhibenda ad arcendam excessivam et periculosam quantitatem et qualitatem aliorum; sed non minus curandum est condere conditiones, consuetudines ac fortissime radicatos usus, qui continuo permaneant et perpetue vigorem Congregationis spiritualem conservent ac augeant.

Die 26 maii 1943. Quidam Mariani multas possident qualitates, quae requiruntur, ut ipsi fiant operarii renovationis, sed aliquo defectu laborant; alii enim nimis suam gloriam colunt inscii huius vitii, alii vero imbuti sunt nationalismo, qui patriae eorum magnitudinem praefert legibus iustitiae et sine ullo remorsu conscientiae bona opera vicinarum gentium destruit, omittit substantialia munera propria pastoralia erga subditos gentis alienae ad promovendum bonum phantasticum gentis propriae. Facile est huiusmodi homines arcere ab opere renovationis spiritualis; difficile autem est inducere eos ad resenti-

andum defectui huic penitus. Qui vult nimis facilibus mediis uti, non potest sperare notabile fructum ex operatione sua. Tamen non sufficit difficilia amplecti, ut fructus iste appareat. Fallax est audacia, quae propriarum virium parvitatem non respicit. Saepissime non apparet correlatio virium et audaciae. Tunc accedit fiducia supernaturalis in extraordinario adiutorio Divino. Sed non est recurrendum ad fiduciam istam quando disproportio virium et audaciae evidens est, nisi extraordinaria et supernaturalis inspiratio Divina ad id impellat. Inspiratio haec non datur nisi iis, qui sincere et vehementer ad propriam perfectionem spiritualem tendunt. Ad id etiam respiciendum est, quando agitur de adhibendo, vel non adhibendo cooperatore renovationis spiritualis Marianorum. Adhibendus est igitur cooperator, qui inducitur ad perfectionem propriam fortiter quaerendam; qui vero ad id induci non potest, non est adhibendus. Itaque non de cooperatione ad renovationem Congregationis exordium sermonis esse debet, sed de perfectione propria quaerenda.

Die 27 maii 1943 an. hodie ex indubiis auctoritatibus percepi excellentissimum Theophilum Matulionis ex sede titulari translatum esse ad sedem residentialem Kaisadoriensem et censeo hanc translationem valde utilem esse non solum ipsi Exc-mo Theophilo, sed etiam dioecesi Kaišadoriensi, quippe quae hoc modo nanciscatur pastorem vere spiritu Christi imbutum, zelo plenum, pium, qui laborem et aerumnas non timeat. Utilis est haec translatio etiam eo, quod diminuit numerum episcoporum titularium in Lithuania. Utinam Deus nominato nuper Episcopo concedat bonam valetudinem et longam vitam!

28 maii 1943 Rev-mus Pater Ladislaus Mroczek mihi porrexit elenchum sacerdotum Marianorum Provinciae Polonae in quinque ordines dispositum. In primo ordine habentur optimi, qui dicuntur esse „Apti ad moderandum et educandum". Sedecim nomina in isto ordine leguntur iuxta alphabetum disposita, praeter ultimum A. Laszewicz, de quo dubitatur si vivat adhuc. In secundo ordine positi sacerdotes „seniores sanitate debiles", qui propter defectum virium iam non possunt multum et fortiter agere.

In isto ordine leguntur quatuor sacerdotes Mariani. Mihi videtur etiam pater Lasawski e primo ordine transferendus esse in secundum propter nimiam debilitatem. In tertio ordine scripti sunt decem „Iuniores, minus noti", quorum septem neopresbyteri sunt.
In ordine quarto notantur sex „Boni sacerdotes, sed in vita religiosa individualistici et difficiles nimis"
In ultimo tandem ponuntur tres „Dubiae vocationis religiosae, qui in vita ~~religiosa~~ sacerdotali periculis se exponunt." Numerus omnium est 39. Proportio bonorum (30) ad difficiles (6) et dubios (3) consolationem afferre potest. Utinam Deus omnibus benedictionem abundantissimam conferat et dubios in sancta vocatione confirmet!

<u>Die 29 maii 1949</u>. Hodie durante recreatione vespertina de negotio augendi spiritum perfectionis in Congregatione nostra confidentialiter locutus sum cum Vicario meo Generali Rev-mo Ladislao Mrocsek M.I.C. et interrogavi eum modo confidentiali, quem ipse consideraret esse aptissimum ex supra notatis 39 ad opus perficiendum. Quaestioni meae non statim directum accepi responsum, sed proximus meus cooperator locutus est de periculo instituendi alterum provincialem praeter provincialem in Capitulo Generali electum. Ego autem explicavi non esse mentem meam agendi in provincia quidquam inscio legitimo Superiore Provinciali. Cum autem Rev-mus Sobczyk plurimis negotiis supra modum oneratus sit et debili valetudine laborat, ideo utiliter considerari potest persona, cui ipse partem oneris imponere possit. Deinde aliquoties repetii non agi de condendo aliquo novo munere in Provincia, sed de necessitate fortius frequentiusque reddere conatus ad spiritum religiosum promovendum. Non sunt qualitates personae investigandae eo modo, ut ei attribuantur dotes, quae muneri ab ea occupato conveniunt, sed potius qualitates personae indicandae antequam ei munus aliquod committatur. Praeterea Rev-mus Mrocsek dixit propositum, de quo tractatur, non esse insertum in Constitutionibus Congregationis nostrae, ideoque praevideri debere criticam esse in sacerdotibus provinciae, quo iure novum negotium introducatur. Censuit igitur Rev-mus Vicarius Generalis rem, de qua loquor, prius submittendam esse Con-

pitulo Generali. Ego respondi non esse meam intentionem proponendi quaestionem istam Capitulo Generali, sed non mei esse. Ratio autem mea est, quod post Capitulum Generale alius erit Superior Generalis, meaque tum cura est faciendi, quod fieri potest ante Capitulum. Addidi etiam me non videre, in quo propositio mea adversetur Constitutionibus nostris. Rev.mus collocutor respondit non quidem non adversari Constitutionibus, sed non esse mentionatam in eis, ideoque carere fundamento iuridico. Praeter ista delineamenta colloquii principalia fuerunt ab utroque nostrum mentionatae res multo minoris momenti. Videtur tamen diversitas opinionum eius et mearum; dum enim ego censeam adhibendos esse conatus, ad spiritum religiosae observantiae fortiorem reddendum in Congregatione nostra, Vicarius Generalis videtur censere conatus istos esse superfluos saltem in Provincia Polona. Cum enim cum eo de hac re loquerer ante aliquot dies, ~~ipse~~ argumenta necessitatis non adducebam ex vita Provinciae Polonae, sed solummodo ex Provinciis Americanis et Lithuana

Die 30 maii 1943. Absurdum est cogitare opus renovationis spiritus in Congregatione nostra fieri posse sine difficultatibus et sine oppositione, etiam ex parte bonorum hominum. Ideoque evidentior est necessitas adiutorii supernaturalis, quod non solet concedi nisi orantibus. Cras exit mensis dedicatus cultui B.M.V. et statim post eum instat mensis Sacratissimi Cordis Iesu. Itaque iam nunc veniam peto omnium omissionum et negligentiarum, quas forte hoc mense maio commisi et Immaculatam Dei Genitricem humillime imploro, ut veniam horum defectuum mihi concessam me Filio suo Deo commendet pro adveniente mense iunio, et ut mihi piae fidelitatis gratiam impetret apud Eum. Fortuito, sed felici casu fit hunc mensem maium finire et iunium incipere eis diebus, in quibus Ecclesia Rogationibus misericordiam divinam implorat. Opus sane est misericordia universali; sed et pro reintegrando spiritu Marianorum imprimis misericordiam Dei implorare debeo, ut mihi mea peccata remittat, et integram Congregationem nostram non iustitiae normis iudicet, sed miseratione sua corrigat, mentesque superio-

rum et subditorum ad Se trahat.

Die 31 maii 1943 Concluditur mensis speciali modo dedicatus devotioni erga B.M.V. Studui omnibus functionibus interesse, sed, nisi fallor, semel accidit me fuisse ab eo impeditum. Magis nocivae fuerunt distractiones, quae saepissime occurrebat. Non obstantibus hisce et aliis omnibus defectibus, spero et confido devotionem istam meam fuisse a Benignissima Matre Dei acceptatam eo scopo, ut vita mea interior et spiritualis emendaretur, ac spiritus totius Congregationis nostrae Marianae perficeretur ac fortificaretur. Immediate incipit mensis iunius cultui Sacratissimi Cordis Jesu dedicatus. Ab ipso huius mensis initio propositum meum firmiter statuo et gratiam Benignissimi Salvatoris in antecessum humiliter postulo, ut bene et ardenter functiones huius cultus perficiam eodem scopo, nempe, ut vita mea interior emendetur et ut Congregatio nostra semper perfectius conformetur spiritui Christi ac voluntatem Eius sincere in omnibus sequatur, ducatui Ecclesiae libenter obediens.

Die 1 iunii 1943. Hodie legi opusculum Joannis Papini primo loco insertum in ephemeridibus „Il Regno" (Anno II, N 1-0; quinto quaderno, gennaio-marzo 1943 p. 5-7). Res est bene scripta, sicut solent scribi opera hominum insoliti ingenii. Non deest tamen in ea quaedam asperitas unilateralis, quae fortiter exprimendo necessitatem patiendi una cum Christo, non immittit huic veritati solitum radium Evangelicum, quod annuntiat futuram felicitatem. Christus Dominus, docendo necessitatem patiendi, explicavit: „Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit, multum fructum affert" (Joan 12, 24.25). Itaque in doctrina Christi dolor non est res amplexanda propter seipsam, sed propter bona altiora, ad quae eo ducit tamquam medium ad finem. Valor igitur doloris non est in eo, sed in iis, ad quae pervenitur per ipsum. Hanc circumstantiam oblivioni tradere solent homines asperi ingenii, qui humilitate carent. Magnum autem ingenium humilitate carens periculosissimum est, praesertim, quando ei asperitas adiun-

gitur. Nihilominus non est ratio timendi de futura evolutione ingenii Joannis Papini. In eodem ipso articulo clarissimus Scriptor ter inculcat humilitatem, nempe, asserendo culpam omnium nostrum, qui non omnia fecimus, quae potuimus ad homines reducendos Christo. Deinde ipse docet dolores vitae praesentis esse accipiendos „con silenziosa umiltà". Tandem ipse scribit de cruce, quae „ha sulla cima più alta il cartiglio bruciacchiato della superbia". Sicut in ceteris suis assertionibus ipse est sincerus, sic etiam in istis. Gratia autem Redemptoris, Cuius passionem Papini imitandam proponit lectoribus suis profundius radicabit salubria germina humilitatis patientis. Utinam ipse doceat me quoque hanc pretiosam sapientiam!

Die 2 iunii 1943. Hodie hora 11 ante meridiem visitavi aegrotum episcopum Eduardum O'Rourke in nosocomio S. Elisabeth 10 via Olmata Romae et inveni eum valde debilem. Ipse mihi iam dixit non esse surrecturum ex lectulo morbi sui. Ego consolatus sum eum dicendo eum

habuisse purgatorium dolorum psychologicorum Gedaniae, nunc autem transiisse secundum purgatorium dolorum physicorum. Interrogavi eum acceperisset-ne benedictionem Sanctissimi Papae Pii. Ipse dixit accepisse non solum benedictionem, sed et rosarium a Summo Pontifice sibi donatum. Mihi iam clare patet morbum eius ad finem vergere et quidem ad mortem, nam etiam memoria incipit turbari. Asseruit enim mihi aegrotus se morbo isto retineri inde ab anno 1940, dum reapse aegrotare coepit initio mensis ianuarii 1943. Ego tamen non dixi eum post breve tempus esse moriturum. Ex una parte haec declaratio inutilis est, cum Episcopus iam se ad mortem senis praeparavit et esset dolorosa provocaretque maiorem perturbationem memoriae. Non defuit tamen in silentio meo etiam respectus humanus. Sum et ego moriturus, ac valde male agerent amici mei, si propter respectum humanum abstinerent a clara annuntiatione imminentis mortis mei. Rogo Deum, ut me doceat melius superare respectum humanum, et ut me servet a reticentia amicorum male apro-

pinquante.

Die 3 iunii 1949. Laeta et gloriosa festivitas Ascensionis Domini Nostri Jesu Christi in coelum hodie celebratur, in memoriam nobis revocando ultimum actum vitae terrestris Filii Dei. Nihilominus durat bellum atrox et universale. Nemo, nisi Deus, scit quot homines hodie moriantur: alii in pugnis, alii vero naturali et ordinario cursu eventuum. Etiam ipsis hodie promigit necessitas ultimum ponendi actum vitae suum. Anxium cor meum interrogat: quot sint ii, qui Christo uniuntur fide, amore et spe, ut ad Eum in coelum ascendant? Melius est non respondere huic quaestioni, nam verum responsum esset tristissimum. Utilius est mentem meam verti ad futurum ultimum diem vitae meae eumque ita praeparare ex tempore, ut felix et laetus appareat. Heri vituperavi pusillanimitatem meam, quae propter respectum humanum, non audet loqui de morte cum iis, quibus mox moriendum est. Hodie cogito amicos meos minus pusillanimes futuros esse morte mea appropinquante, si ipsi videbunt me impavidum esse. Inde sequitur conclusio me esse praeparandum ita, ut omnibus pateat sermonem de imminente morte mea non esse mihi molestum. Nunc, dum sanus sumus et nihil imminentiam mortis meae indicat, pacato animo et tranquillo de morte mea loqui possum ipse aliorumque sermones audire. Aliter res se habebit in gravi et doloroso morbo. Praeparatio igitur requiritur non ad conversationem bene valentium de morte, sed de arte non timendi mortem ea appropinquante et instantibus iam atrocibus doloribus, qui eam praecurrunt. Dolor, qui iam torquet aegrotum, plerumque, debilitando mentem morituri, generat aversionem a morte et fortificat desiderium redeundi ad sanitatem. Desiderium vero istud impedit pusillanimes a mentionanda morte coram morituro. Itaque remedium est ars non timendi dolores. Ars ista rarissima est et a paucissimis acquiritur. Quo melior est patientia, quia longus est exercitium eius, eo certius ars ista

acquiritur. Ex nunc iam oportet me in ea exercere magis, quod nulla sit ratio supponendi vitam meam pluriorem esse longam. Laetus igitur hodie de futura mea morte cogito et amantissimum Redemptorem imploro, ut mihi concedat gratiam requirendi etiam viriliter dolores subeundi eorumque acceptationem, non in recuperanda sanitate, sed in felice morte exspectare, mortemque ipsam dolorum destructionem salutare.

Die 9 Iunii 1943 Hodie hora 5 ad h. 7 post meridiem collocutus sum cum Rev-mo vic. gen. Ladislao Mroczek, M.I.C. Principium colloquii fuit de „Annotatione" quam mihi S. Congregatio Orientalis transmisit ab ignoto mihi auctore scripta ex occasione mei libri „Ciotki." Principale autem thema conversationis nostrae fuit negotium renovationis spiritus Congregationis CC RR Marianorum ad promovendos alumnos et ad purificandas vocationes. Observationes suas de hac renovatione Rev-mus Vicarius Generalis, brevissima forma redactas, promisit mihi dare scriptas. Inter cetera ipse dixit admissionem candidatorum in Provincia Polona iam esse satis strictae probationi subiectam et ulteriore emendatione non indigere. Ipse tamen censet praeparationem Marianorum ad officia adhuc esse nimis summariam ac proinde opus habere maiore diligentia et cura. Praeterea Rev-mus Pater locutus est de necessitate spiritus paterni apud superiores et amoris fraterni inter aequales. Ego vero adieci necessitatem fiduciae subditorum erga superiores et locutus sum de spiritu diffidentiae, quo discipuli scholarum saecularium ferri solent erga magistros, quem spiritum candidati solent afferre in familiam religiosam et conservare etiam post sacerdotium cum magno detrimento vitae spiritusque religionis. Magna diligentia Rev-mus Pater vindicabat necessitatem profundioris pietatis, quae ad omnia utilis est, et dicebat rem istam non indigere novis statutis, quia bene et abundanter expressa est in Constitutionibus nostris. Praeterea habemus instructiones de promovenda pietate, quae si fideliter una cum Constitutionibus observaren-

tum plurima nostra vulnera spiritualia tollerent. Ego vero notavi omnes 784 paragraphos Constitutionum nostrarum uno alterove modo ad probitatem referri; sed propter multitudinem paragraphorum alii Mariani censent eas paragraphos primo ceteris adimplendas, quas alii putant esse postponendas aliis magis necessariis et sic dissensio ista unionem mentium actionisque impediendo progressum impedit. Ego adduci me nullam actionem in Provincia Polona futuram esse ad renovationem promovendam, nisi pleno consensu Rev.mi Vicarii Generalis accedente, nam alia agendi ratio non promoveret spiritum, sed dissensionem conderet. Rev.mus Mrocsek declaravit se esse semper et totaliter paratum se sententiis meis conformari.

Die 5 iunii 1943. Heri legi elucubrationem V. G. Galati de sacerdote-philosopho-politico Vincentio Gioberti (1801-1852) sub titulo: „Il Cattolicesimo senza Cristo di Vincenzo Gioberti" (In ephemeride: „Il Regno" Anno II, N 1. Quinto quaderno - gennaio marzo 1943. Assisi p.

22-26). Inter ceteras animadversiones, quas Galati scripsit, mihi apparuit utilis admonitio, fortasse, non totaliter ab isto scriptore expressa, nempe periculosum esse proposita de reformanda Ecclesia promere. Gioberti, iuxta sententiam Galati, opus Concilii Tridentini continuare intendebat. Notum enim est opus verae et salutiferae reformationis Ecclesiae in Concilio isto peractum fuisse. Quod protestantismus laesi animo aggressus fuerat, id Concilium Tridentinum bene et salutifere perfecit. Opus Protestantismi multa destruxit bona et pretiosa, opus vero Conc. Tridentini mala eliminavit et bona construxit. Gioberti vero molimina Tridentina conscius aut inconscius prosequi intendebat. Non caruit philosophus Taurinensis pretiosissimis dotibus intellectus, amabat ipse Ecclesiam et Deum colebat; nec deerant eo reformandae inter catholicos Italiae durante vita Gioberti. Nihilominus opus suum non attulit fructus salutiferos, et non manet

nisi obiectum tractandum ab iis, qui historiam philosophiae in Italia investigant aut docent. In historia vero Ecclesiae et vitae christianae in Italia multae piae mulieres maiora et meliora, quam ipse, vestigia reliquerunt, viventes eodem tempore cum ipso. Me autem res ista respicit tantum, quantum et ego aliquoties de reformatione spirituali cogito. Opus purgandi Congregationem CC RR Marianorum mihi directe incumbit; meus autem mea sponte et contra assurgit ad ampliora; aliquando enim desiderat Ecclesiam purgatam iri a quibusdam defectibus administrationis. Sicut Gioberti, etiam ego tendebo reconciliare liberaliter eruditos et bonae voluntatis homines aetatis nostrae cum Ecclesia et doctrina Christi. Cautus igitur esse debeo, ne errores Vincentii Gioberti aliquatenus differente forma repetam et in omnem laborem potius ad usum erroris, quam ad rem veritatis. Conclusiones igitur sequentes emergunt: 1° reformatio Ecclesiae totius relinquenda

est iis, qui ad eam perficiendam a Deo vocantur, sicut vocatum fuit Concilium Tridentinum et omnes, qui partes in eo legitime capiebant. Protestantes vero et Gioberti vocati non fuerunt; nec ego vocatus sum. 2° Omni cura accingendum mihi est ad promovendam pietatem studiumque perfectionis in Congregatione Marianorum, nam ad id vocatus sum. 3° Etiam intra parvam familiam Marianorum nomini tantum proficere possum, quantum, imprimis, me ipsum reformabo. Galati sensit errores Vincentii Gioberti « queste deviazioni rispetto alla dottrina della Chiesa.... derivano da un' eccessiva valutazione che di sè faceva il filosofo" (l. c. p. 23 a). Quapropter 4° omnibus viribus tenenda est mihi modestia humilitas, qua deficiente pullulant errores. 5° Sed virtus humilitatis non acquiritur nisi ope orationis; orationi ergo insistendum est omnibus viribus meis. 6° Non enim sufficit bona intentio reconciliandi eximiam culturam cum Sancta Religione.

<u>Die 6 iunii 1948.</u> Dum essem iunior, aliquando veniebant mihi cogitationes et problemata maioris momenti, quam ordinariae, sed propter occupationem temporis incongruae. Tunc reponebam eas ad ulterius tempus et libero tempore satis faciliter eas reducebam in memoriam. Praeteritae autem hebdomadae diebus venerunt mihi duo aut tria problemata digna reflexione, eaque reposui ad futurum tempus liberum. Nunc autem iam non possum resuscitare ea in memoria mea senescente. Tempus solutionis meae instat. Senectus me ad finiendam vitam disponit. Utinam bene eam finiam!

Confessarius meus mihi continuo repetit verba Domini Jesu Christi, quibus inculcatur necessitas gratiae (Joan. 15,5). Numquam dubitatio obtenebravit hanc veritatem in mente mea, sed persuasum mihi est verba ista non debere sumi eo sensu, qui excluderet studium hominis ad debellanda sua vitia et defectus. Censeo quidem Deum esse agricolam in horto

animarum humanarum, quarum plures Ipse relinquit in communi statu gratiae, coniunctos cum Christo vinculo supernaturalis amoris in ordinario gradu perfectionis, quamquam gradus iste non est totaliter eiusdem altitudinis, minorem vero numerum elevans ad gradus perfectionis superiores. Nemo (nec ego) debet arripere sibi gradum a se desideratum sed oportet sequi voluntatem Redemptoris, qui disponit de gradibus perfectionis de facto acquirendae in hoc saeculo ac de gradibus gloriae in futuro. Hoc sensu ego accipio monita confessarii mei et verba Divi Redemptoris, quae ipse mihi inculcat. Utiliorem consilium istud si conarer conatus ad repellendas culpas et imperfectiones. Quousque non careo istis, eousque non est periculum accipiendi gradum perfectionis et gloriae, qui excedant id, ad quod teneor.

Anno 1917 Status Americae Septentrionalis Foederati intraverunt in bellum illius temporis non propter

negotia propria, sed propter oboedientiam, qua moderatores huius reipublicae tenebantur erga summas auctoritates Franco-Murariorum internationalium, quae tunc in Anglia residebant et adiutorio Americano indigebant. In hoc bello, quod nunc ardet, involutae sunt omnes res publicae Americanae non propter negotia earum propria, sed propter oboedientiam, qua moderatores earum tenentur erga summas auctoritates Franco-Murarias internationales, quae nunc iam in Statibus Americae Foederatis resident et opus habent potestatem maximae reipublicae Americanae extendere in totam Americam. Minus oboedientes erga Franco-Murariam auctoritatem fuerunt moderatores Argentinenses, ideoque ultimis hisce diebus a propriis conciliis expulsae sunt. Communes isti maiore oboedientia serviunt potestati occultae, quae occultis suis operam praestat etiam cum detrimento nationum, quae obediunt ei. Obediens erga potestatem hanc fuit Germania et anno 1918 aperti sunt oculi sui. Sed Germania huius temporis, respuendo franco-murariam auctoritatem internationalem, non respuit dogma eius principale,

nempe: intentionem destruendi religionem praecipue Christianam, ante omnia autem Ecclesiam Catholicam. Iam valde probabilis apparet exitus belli, quod nunc est: Germaniae, Italiae et sociis imminet clades. Quidam fideles christiani censent hanc cladem futuram esse nihil aliud, nisi poenam divinam propter pugnam contra religionem suscitatam. Mihi autem videtur futurum esse maximum periculum Ecclesiae Christi ex parte franco-muraricae potestatis victoriosae. Non est res prudens fiduciam ponere in verbis blandientibus adversariorum Germaniae. Sed est potius vigilandum, ut oculi germanorum aperiantur et cognoscendum errorem suorum, quo feruntur ~~erga~~ contra Ecclesiam et contra Christum. Ipsi illos credunt in Ecclesiae, quando potiam prodebit criminosa franco-muraricae potestatis internationalis contra religionem et quanto luctandum erit catholicis terribile luctamen cum hac muraria potestate, quae sola habebit exercitum et summum tribunal et [illegible] populos communi [illegible]. Quotidie in humili oratione commendo omnipotenti benignitati Divinae [illegible] Ecclesiam

et populo catholico.

Die 7 iunii 1943. Iudas Iscariotes, probabiliter, unus hominibus quos sibi conciliare noverat, incitabat populum, post miraculosam multiplicationem panum, ut Christum proclamarent regem. Item ipse, fortasse, repetiit in die quando Dominus Jesus sedens super asinam et pullum eius gloriose intrabat Jerusalem. Non est impossibile, in ordinando hoc ingressu collaborasse Iudam cum Synedrio; sed Synedrium promissionis non stetit et Christum advenientem in templum non recepit. Salvator omnia noverat, quae ab Eo abscondebantur, sed consensit ut adimpleretur prophetia Zachariae. In utroque casu actio Iudae tendebat ad gloriam Filii Dei promovendam. Tamen voluntas Dei huic gloriae augendae non aequali modo accedebat. In primo enim loco omnino non accedebat. Non potest actio fieri bona, quando ei non accedit voluntas Dei, ne tunc quidem, quando haec actio videtur

fieri ad gloriam Dei promovendam. Voluntas Dei non accessit actioni Iudae in die multiplicationis panum non solum propter inopportunitatem temporis, sed etiam propterea, quod actio magis inspirabatur desiderio promovendi seipsum, quam magnificandi Jesum, cuius magnificatio non intendebatur nisi quatenus medium ad promovendum ipsum Iudam ad altos gradus magistratus in Regno Coelorum. Idem desiderium, fortasse adhuc vigorosius, fuit in ordinanda processione palmarum. Hac tamen occasione voluntas Dei accessit, sed non eo sensu, quo Iudas intendebat, verumtamen ut praevisum et praedictum fuit a Deo mediante propheta. Haec consideratio docet me duas res: a) ad bonitatem actus requiri conformitatem cum voluntate divina et b) admixtionem desiderii propriae gloriae esse valde nocivam cuique actioni, quae in se ipsa considerata apparet esse omnino bona. Admixtio ista potest induere varias formas. Aliquando enim, ut apud Iudam Iscariotem,

ea tendit ad altiores dignitates in hierarchia humana. Nonnunquam tamen homo in theologia versatus concipit quasdam opiniones, quae videntur aptae esse ad augendum lumen in intelligendis veritatibus revelatis, et eas opiniones propagat, iustificando se ipsum non duci alio motivo nisi desiderio promovendi veritatem. Multae huiusmodi opiniones prodierunt in operibus Sanctorum Ecclesiae Doctorum, praecipue S. Thomae Aquinatis, sed plures, fortasse, apparuerunt in scriptis haeresiarcharum. Differentia inter utrumque genus consistebat in conformitate et nonconformitate cum voluntate Divina. Conformitas vigebat in operibus Sanctorum Ecclesiae Doctorum, deerat vero in scriptis haeresiarcharum. Praeter hanc differentiam aderat et alia: Apud sanctos doctores deerat desiderium sese manifestandi promotores rerum magnarum, apud haeresiarchas vero hoc contrarium aderat. Ista consideranti mihi quam

~~maxime~~ scrupulosissime cordi applicanda est. Nonnullae personae sincere studentes perfectioni spirituali desiderant sanctitatem, gloriamque cum ea connexam. Desiderium istud saepe non nocet eis, quia non raro coincidit cum voluntate Divina. Sed et istud desiderium non semper manet innocuum. Quo fortior est in eo amor proprius et quo debilius ardet ~~us~~ ingenuus amor Dei, eo periculosius est desiderium istud, eoque magis ducit ad vitiosas pietatis formas, ad fallacias diabolicas. Itaque studendum est mihi omnesque conatus ponendi, ut voluntas mea voluntati Divinae conformetur. Primum et tertium genus desideriorum, quae conformitatem istam tollunt, minus mihi imminet quam secundum; ideoque strenue satagere debeo ne aliquas elucubrationes meas publici iuris faciam antequam expurgem eas liberasque reddam ab omni intentione non totaliter conformi voluntati Divinae. Multo melius est omnino comburere scripta etiam magno labore exarata, quam

collusionem errorum vitare praelatus amans proprii phantasiae et intellectus imperati.

Die 8 iunii 1949an. Hodie Rev.mus Vicarius Generalis Ladislaus Mroczek in scriptis porrexit mihi ea, quae veterius locutus erat die 4 eiusdem mensis. Substantia scripti non differt a substantia praeteritae conversationis oralis, nempe necessitas promovendi pietatem, quam ad finem medium immediatum institutio directorum spiritus in singulis domibus et elaboratio instructionis, a futuro Capitulo probandae, qua isti directores inspirentur. Probatur propositum creandi unum in Provincia, qui activitatem directorum spiritus excitaret, dirigeret et unificaret. In hoc scripto fortiter insistitur necessitati eliminandi omnes et singulos, qui deprimunt spiritum pietatis, et recte asseritur attendam esse perniciosam levitatem erga eos. Deploratur error eorum qui censent sodales post vota, etiam perpetua, et post acceptam ordinationem, etiam sacerdotalem, iam esse omnino maturos et perfectos, sed recte asseritur continuandam esse educationem eorum et invigilandum

evolutioni eorum spirituali. Inter media indirecta nominatur continua vigilantia exercenda in vita religiosa, quae fiducia feratur erga singulos et ex altera parte praeveniendo eliminet possibiles lapsus ac infidelitatem, adiuvetque bonos conatus. Deinde inter huius generis media ponitur talis aequabilitatis superiorum et subditorum, ut omnes se sentiant et sint membra unius familiae inclusis omnino omnibus sine respectu ad differentiam aetatis, omniumque vinculum debet esse quaerere regnum Dei et iustitiam eius. Superior vero debet esse pater omnium: benignus, patiens, moderatus in verbis et exigentiis, ex altera vero parte ipse caveat ne relaxet disciplinam iniqua condescendentia, sed solvendo externe difficultates, sed ut semper agat suaviter in modo, fortiter autem in re. Spiritus immoderatus discipulorum (duch żakowskij) debet esse longe a domo religiosa. Bona temporalia non neglegenda, sed nunquam praeferenda spiritualibus tam in regimine singularum domorum tum in monasterii e totius provinciae, tum institutionum. Selec-

cibum vespertinum insomnis fuit, quapropter hodie omnia exercitia spiritualia cum magna difficultate et cum parvo fructu fiebant.

Die 26 iunii 1943a. Nudius tertius, dum meditarer de Rege Christo, clare mihi apparebat persuasio voluntatem Dei erga me consistere in meo labore ad diminuendos defectus, qui praxi religiosa Congregationis CC RR Marianorum apparent. Nullum de ea re dubium posterius percipiebam, etsi scirem me aliquatenus ligatum esse operi conversionis russorum et laborum quandam opera scientifica incoepta nec absoluta. Hodie tamen, dum Instructionem de Electione legerem, opportunum esse censui ad usus vitae meae applicare regulas et consilia, quae R.P. Bucceroni, s. Ignatium Loyola secutus, proponit ad electionem spiritu Christi faciendam. Clare videbam hanc repetitionem propositi iam semel facti non esse necessariam, sed a repetito examine semel concepti consilii non abstinui; ut consilium istud altius in animo meo solideque mitteret radices. Haec repetita consideratio nonnisi clarius lumen attulit proposito meo vires meas integras dedicandi spirituali profectui Marianorum promovendo. Idem confirmatum est in utraque meditatione antemeridiana, nempe de Vita Publica Christi et de Tribus Hominum ordinibus. Non paucae veritates secundae instructionis huius diei, quae de Reforma tractat, confirmarunt ea, quae a me iam prius statuta fuerunt.

Orta est quidem quaestio, quid faciendum cum biographia sacerdotis I.B. Pranaitis, quae nondum perducta sit ad finem? Consideravi etiam hypothesim de ea cessanda et negligenda, sed persuasum mihi est periculosas esse ideas, quae destructionem suggerunt. Post tranquillam considerationem et sinceram ~~[illegible]~~ orationem statui: tantum me esse huic operi biographico adlaborandum, quantum id non minuat totalem deditionem meam operi Marianorum. Si haec biographia nondum erit absoluta, quando apo-